

Forgotten Books

— www.forgottenbooks.com —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.


All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

IA-OCA Request

Voyager Bib ID: 186133




Rej



IA-OCA Request

Voyager Bib ID: 719576



CU

Rej

XAVERII MATTHÆI

PER SATURAM

EXERCITATIONES.

γεδιασματα



NEAPOLI · MDCCLIX.

Selection reasons:

- Too big - more than 9 7 wide and 14 5 high
 - Too thick - more than 4" thick
 - Fold-outs
 - Too fragile
 - Date too recent (before 1923 for US published, 1909 for foreign published)
-

Handwritten signature



F. La Marra Sc.

NOMINI EXCELLENTISSIMO
L A Z A R I O P I T I I
NAVPACTENSIVM ARCHIEPISCOPI
EX PALLAVICINORVM PROSAPIA
ANTIQUISSIMA SVEVORVM ORIGINE
ET
DENORVM SAECVLORVM AEVITATE
PERPETVAQVE HEROVM SERIE
IN HISTORIAE FAMA VNIVERSIS
SVSPICIENDA
EX PRIMI ORDINIS IANVENSIBVS PATRICIIS
ET MULTIPlici ALIORVM TITVLORVM
AC VIRTVTVM LVCE CLARISSIMI

OB

OB MERITVM EIVS
FLORENTI ADHVC AETATE
APVD CAROLVM HISP. INFANTEM
NEAPOLITANORVM AC SICILIENSIVM REGEM
PRO TOTIVS ORBIS PONTIFICE ORATORIS
IN AVGENDO
APOSTOLICAE MAIESTATIS DECORE
ATQVE IN EXPEDIENDIS DIFFICILLIMIS
VTRIVSQUE POTESTATIS NEGOCIIS
DEXTERRIMI AC PROVIDENTISSIMI
EIDEM REGI DOMINO NOSTRO APPRIME CARI
MVNIFICENTIAE LARGITATE
MIRAQVE MORVM COMITATE
NIL MVNERIS SVI DIGNITATE POSTHABITA
APVD OMNES ORDINES COMMENDATISSIMI
BONARVM LITTERARVM
ET PRISCAE ERVDITIONIS
EXIMII CVLTORIS
QVAS REIPVBLICAE FRVCTVOSISSIMAS
COMPELLAT PRAEDICATQVE
PRINCIPIS INDVLGENTISSIMI
DEQVE SE BENEMERENTISSIMI
JOSEPHI XAVERIVS MATTHAEI
BINAS HASCE IUVENILES EXERCITATIONES
COMPLVRES ALIAS POLLICITVS
PLENISSIMA ANIMI OBSERVANTIA
AC DEVOTISSIMVS

JACOBO MARTORELLIO

REGIO GRÆCARUM LITTERARUM

PROFESSORI.

EA est quidem tuorum meritorum, beneficiorumque copia & amplitudo, quæ tam benigna manu in me quotidie confers, ut cum ea vel in partem menti VIR CLARISSIME, objiciuntur, statim alieni æris magnitudine pæne obrutus, vix umquam me solvendo esse credam. Cum vero eo potissimum oculos conjicio, unde hæc quotidie in me proficiscuntur, a te scilicet JACOBE doctissime (cui quidem in litteraria Repub. eruditi quando ullum invenient parem?) tunc sane ne agere quidem, ne dicam referre, dignas tibi gratias posse umquam puto. Quid igitur nunc mihi in mentem venit, dum hoc tam parvo munere ad te accedere audeo? Nihil equidem, nisi ut si minus gratum possim, memorem certe aliqua ratione animum ostenderem.

Non me latet quam levidensi, crassoque filo textum opus tibi audaculus sistam: sed hoc ætatis ab adolescente meliora expectare quis ausit? a me præfertim, qui cum exercitatione nihil, ingenio autem parum possem, ea tamen tractanda suscepi, quæ sum-

mos etiam viros aliquando torserunt. Quorum quidem ad gloriam cum citius adspirare contenderem, sapius cecidi, fateor, nunquam tamen indecore, ut audax ille apud Ovidium currus auriga paterni,

Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

Sed te curis undique distentum longo hic sermone morari piaculum est. Finem faciam, modo prius illud impetra- vero, ut cum hæc jam vulgata publicam famam experiri incipiant, me quoad ejus fieri poterit, tum ab invidorum calumniis defendas, tum ab iis, qui cato- niano supercilio hæc omnino contemnunt, quæ tamen si nostris spectentur ab annis, majora etiam, quam re- vera sunt, videri debent, tum ab iis potissimum, quo- rum scripta, aut dicta in hac nostra Exercitatio- ne aliquando notamus. Novus in arenam nunc pri- mum descendo: vereor non parum, ne qui a me la- cessiti fuerint, vel qui eorum partes nunc tuentur, si forte in me tyronem adhuc irruant, imbellis juvenis animum omnino despondeam. Quid igitur? faciam, quod Teucer ille Homericus olim, qui

Στη. . . . ὑπ' Αἰαντῶ σακεῖ Τελαμωνιάδαο.

Ille quidem magnam tunc vim hominum audax suis sagittis interemit: sed postquam (Homeri verbis te- cum, JACOBE, libenter utimur, quem omnium ὀμη- ρικωτάτου esse scimus) postquam inquam

. τιν' οἴσειστας ἐν ὀμίλῳ

Βεβλήκει· ὁ μὲν αὐθι πεσὼν ἀπο θυμοῦ ολεσσει·

Αὐτὰρ ὁ αὐτῆς ἰὼν, παῖς ὡς ὑπὸ μητέρα δυσχευ,

Εἰς Αἰανθ', ὄδε μιν σακεῖ κρυπτάσκει φαεινῷ.

Equidem si cum iis, quibus paria arma, & vires, fue- rit decertandum;

Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra

Spargimus, &c.

At si forte κορυθαιολῶ σεσε Hector erumpat, vereor,
ne mihi idem, quod Teucro, eveniat, quem ille ut
irruentem licet βαλεν λιθῶ οχειουπ, statim Teucro
τοξον εκπεσε χειρῶ. Verum ut illi suus Ajax non de-
fuit, qui tunc temporis

Ουκ αμελησε κασιγνητοιο πεσοντῶ.

Αλλα θεων περβη . και οι σακῶ αμφικαλυψε .

Sic etiam te (quæ tua benignitas est) numquam de-
futurum confido, quin mihi non opem modo quam citissi-
me afferas, sed & meas ita partes tuendas pro virili
fufcipias, quasi pro te, VIR CLARISSIME, pugnaturus.

..... οφρα και Εκτωρ

Εισεται, ει και σου δορυ μαινεται εν παλαμησιν .



EXERCITATIO PRIMA

De voce Tityrus.

I. **B**enedicti, & Carrucii opinio de Tityri etymo.

II. An Tityrus απο του τυειν τυ-
ρον. Benedictus, & Carrucius con-
futantur. Typos semper prima pro-
ducta. Homerus emendatur. Butyrus
primis syllabis producitur: item τυ-
ρα, & συντυρα. Aristoph. illustratur.

III. De Segetia. Quid sit. Car-
rucii error. Plinius explicatur.

IV. Unde Tityrus. An a σι-
ουπος. Quid σιουπος, σιουρα, σι-
ους, & σιουρα. Aristoph. Scho-
liastes emendatur. Kusteri emen-
datio rejicitur.

V. Tityrus dicitur a ττυω. Quid
ττυω. Locus ex Genesi emendatur: at-
que explicatur, item ex Levit. Para-
lipom. atque Isaia: Vulgate, &
Septuaginta versiones rejiciuntur.
Aquila versio defenditur, Bocharti
interpretatio confutatur. ττυω etiam
avis, ut Tityrus, & Satyrus. Florus
explicatur. Avis Satyria, aut Sa-
tyrus corvus. Siren quid in Isaia.
Bochartus confutatur. Vindicantur
septuaginta. Lycophron illustratur.
De hirco Mendefio.

VI. Quid revera sit Tityrus.
Theocr. Scholiastes illustratur. Vossii,
& Scaligeri emendatio rejicitur.
Tityri idem, qui Satyri. Tity-
rus fistula. An etiam otiosus. Theo-

criti Scholiastes emendatur.

VII. Satyri, & Saturni no-
mina pessime a ττυω deduci. Pe-
rizonii, Casauboni, Vossii, Hein-
sii etymon rejicitur. Martorellii
etymon laudatur. Latium, Ca-
misene, Satyrion unde. Satyri
Tarenti quid sit apud Virgilium.
Satyria palus an Tarento proxi-
ma. Camises, an idem, ac Sa-
turnus. Resistitur Mazochio.

VIII. Vetustum marmor in quo
Tityri, illustratur.

IX. Docti viri interpretatio ex-
penditur & confutatur. Sileni asellus
cur turpis, & pandus. Simus,
& pandus idem esse ostenditur.
Quid μελιχα apud Naxios. Quid
ficus ad Bacchum, & ad vitem.
Hipponax explicatur. Phoenici fa-
bula de Oxilo. Pulcherrimum vas
cum bacchantibus illustratur. Sileno-
bacchi caput Neapoli repertum.

X. Columna in insula Melo in-
venta, an Sileno dicata. Corsinii in-
terpretatio de εκφαντω rejicitur. Eius
opinio de Sileno in Cajetano Co-
tylo confutatur. Anacreon illustratur
Bacchi, Sileni, & Satyrorum cul-
tum haud antiquum esse. Sileni ara
sine Baccho apud Eleos. De lege
Satura. Resistitur Mazochio.

O Mine accidit valde malo, ut cum meas hasce
exercitationes certo quodam ordine dispertiri
vellem, ea mihi primum se se obtulerint, quæ
&

& viliora in speciem, & ceteris humiliora esse videbantur. Quid enim expectari poterit in hac exercitatione, ubi *de voce Tityrus* agitur? Multos quidem offendet prima fronte hoc appositum lemma: sed cum talem nostri instituti ratio ordinem posceret, vix alibi ea recte collocare licebat. Non me fallit optimum Lyricorum Pindarum in Olympiis principium quoddamque operis magnarum ædium limini jure comparasse; quod ideo potissimum seduli ornandum curant architecti, quod ut ex ungue leonem, ita ex illo totum sæpe ædificium metiamur. Verum & Venusini nostri monita legimus, melius scilicet a vilioribus & humilioribus incipere, ut postea, si quid grandius afferas, saltem profecisse videaris, quam multa, & præclara minantem in operis progressu animum despondere. Quid plura? Tenuis quidem res, sed non tenuis labor, si minus gloria, in hoc etiam fuit. Nolim hic diutius, quam decet immorari: ad propositum tandem veniamus.

I. Haud ita pridem scripsi ad Benedictum (eius nomini parco), cum quo mihi omnia erant, nisi quod in humanarum litterarum studiis ab eo valde dissentiebam; etiam atque etiam rogans, ut me quam citissime certum faceret, verusne esset, qui de amici cujusdam nostri obitu incertus rumor circumferebatur. Benedictus tunc Romæ degens statim quidem bene longa epistola, Latinoque (ut est hominis ingenium) conscripta sermone hunc in modum hac de re mihi respondit: *Quod ad Michaelem attinet, scito non illum quidem, sed me ipsum ægre haberi, & lac quotidie Medicorum jussu haurire coactum: ipsum vero meum esse Tityrum.* Hæc ille. Sed quinam intelligere hæc
pos-

possem? Homini igitur rescribo orans obtestansque ,
 ne tantis tenebris suas epistolas involvat : Davum me,
 non Œdipum esse , ut hujusmodi ænigmata solvam.
 Multum vero ille se miratum respondit , tam parum in
 Græcæ linguæ studiis me versatum esse , ut ne jocum qui-
 dem ex etymo petitum intelligerem . Nam , inquit , *ut*
optime eruditissimus Petrus Carrucius notat ad Eclogam
I. Virgilii : Tityrus dicitur ἀπὸ τοῦ τιτυρούρον . seruus
enim pastorum erat , & primitias pressi lactis Segetiæ
quotidie offerebat ; cuius imagines in ipso sino sæpe in-
sculptas habebant , sæpe vero ante septi januam ; quod
igitur caseum quotidie offerret , Tityrus dictus est . Hæc
Carrucius . Ex quibus verbis jocum facile intelligere pot-
es . Cum enim curam ille habeat lac quotidie mihi offe-
rendi , merito a me Tityrus appellatus est . Hucusque semi-
barbarus noster . Monet inde , ut toto pectore in hæc
studia tantum incumbam , licet alii parum illa curent .
O lepidum capitulum ! Omnes cinædos censes nunc , quia
tu es ? Tu ne ergo nos μισελλῶς esse prædicas ? Tu , in-
quit , non Theologiæ , aut moralibus studiis animum ap-
pellis : otiaris ergo , si ne his quidem studeas . Exclama-
re libet : Quam festiva , & pulchra conclusio ! σοφῶς ,
μεγαλῶς , θεῶς . Sequitur Benedictus : De obscuritate
mene incusas , qui cum meis omnibus de claritate certa-
vi (ubinam ? in campis Gurgustidoniis ?) doctissimo vi-
ro Antonio N.N. Judice , atque omnes , quotquot erant cu-
jusque nationis , hic quidem ob styli elegantiam supera-
vi & vici ? Quam bene huic potius , quam Pyr-
gopolinicæ Plautinus Artotrogus occentaret :

*. viemini : centum in Cilicia ,
 Et quinquaginta centum in Sicilia ,
 Triginta Sardos , sexaginta Macedones ,*

Sunt

*Sunt homines, tu quos occidisses uno die;
Ni hebes machæra foret . . .*

Claudit epistolam *σκωπτικῶς*. Sed defraudate vos, & detrabite, quantum libet mihi, non curo. Dicam cum Plauto in *Asinaria*:

. *Maximas nugas agis
Nudo detrabere vestimenta me jubes?
Defraudem te ego? agesis tu sine pennis vola.*

Tene ego defraudem, quoi ipsi nihil est in manu?
Sed hæc satis, inquit, finem faciam. Vale, meque ama:
Quidni? fixus est apud nos animus tuus clavo cupidinis. Plus tamen te quidem amassem, si prius nugas hinc finem facere statuisses.

Jam vero nihil ei de hac re amplius rescribere cogitabam, postquam hominem penitus perspexi: nunc autem cum plura hujus epistolæ exempla magno imperitorum plausu circumferantur, meque quotidie homines mei amantissimi ad scribendum impellant, operæ quidem pretium me facturum esse duxi, si pro virili parte somnia hæc, & otiosorum commenta falsa omnino, & inepta esse ostenderem. Et licet res satis per se ipsa loquatur, nec tanti sit, ut seriam confutationem mereatur; tamen, ut me, ceterosque ab infami illa nota liberem: *Nullum hic Græcarum litterarum; nullum penitioris eruditionis studium vige-
gere*: liceat vel omnes adhibere machinas, dummodo, & Benedicti, Carrucique ineptias omnes agnoscant; & honorificentius de Neapolitanis scholis deinde loquantur.

II. *Tityri* igitur nomen Benedictus cum Carrucio suo (at quis novus hic Auctor? equidem numquam tale monstrum audivi.) deducit *απο τῆς τικῆς πόλεως*, ab
offe-

offerendo caseo. Hercules, tuam fidem! quod portentum audio? dispeream, si quid inter *τιειν*, & *θυειν* intercedat, unquam animadvertit: nam quid aliud est *πειν τυρον*, nisi *caseum honorare*? alioquin *απο τς θυειν τυρον* dicendum fuerat, & *Tbytyrus* scribendum, non *Tityrus*. Jam vero quid est illud *τυρον*? *caseum*, inquis: at o bone, *Tityrus* secundam syllabam longam haberet: quem enim præterit *τυρ* apud Græcos poetas semper prima producta usurpari? Scio male feriatum aliquem grammaticorum contendere primam quoque corripi posse; sed nullum veterum poetarum affertur exemplum. Quod enim ad Homeri versum attinet *Batrac. 301*.

Ουδε τυρ νεοπηκτ απο γλυκεροιο γαλακτ
jam diu monuerunt viri docti illud *δε* male insertum esse, legendumque: *ς τυρ*, &c. vel certe (liceat aliquid conjectare)

Τυρ δ' ς νεοπηκτ απο, &c.
ut apud Theocritum *Id. x*.

Τυρ δ' ς λειπει μ' στ' εν θερει, στ' εν οπωρη,
Ου χειμωνι ακρω.

Quæ paucis ita expressit Virgilius *Ecl. 2*.

Lac mihi non æstate novum, non frigore deficit.

Hinc fit, ut *butyrus* vox eodem e fonte manans prioribus in duabus syllabis semper producenda sit: est enim Græce *βυτυρ*. nec Sidonius, Macer, aliique ejusdem notæ imitandi videntur, qui non secundam modo syllabam, sed & primam etiam, licet diphthongus inesset, nimis sane licenter corripuerunt. Optime Cæsar Scaliger in *Scazonticis* suæ *Atæ*:

Qui lacte, caseove, sive butyro.

Sed et *τυρω*, & *συντυρω* eadem ratione primam quoque

producunt. Aristophanes Equit. v. 475.

Κρε. Και τα 'κ Βοιωτων ταυτα συντυρουμενα :

Αλα. Πως ουν ο τυρος εν Βοιωτοις ωνιος ;

Ubi ridet Creon Alapantolæ ineptam locutionem, ideoque, cum ille verbo συντυρω, quod proprie est *coagulare*: pro *miscere* & *conturbare* usus sit, statim hic facetissime subdit: *Quanti venditur caseus apud Bæotos?* Hoc tamen sensu non modo septuaginta interpretes usi sunt, ut Balsamon adnotabat ad 18. Canon. Concil. Chalcedon. sed & Demosthenes τυρευειν κατασκευας dixit, quod jam ad Aristoph. loc. cit. magnus Casaubonus animadverterat.

III. Pergit porro philologus noster etymon clarius explicare: *Quia inquit primitias pressi lactis (vel incogitans poetatur) Segetiæ offerebat, cujus imagines vel in septi janua, vel ipso in sino insculptas habebant.* Hæc ille.

*O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in ollis
Numina!*

Sed quæso quonam id auctore firmabis Benedicte? an Carrucio? Quisnam Carrucius iste? quis Carrucii ipsius firmabit auctoritatem? Quid *Segetia* ad caseum, finum, septum, cum hoc rusticorum sit numen, ut *Flora*, *Nodotus*, *Patalena*, *Volutina*, *Hostilina*, *Matura*, *Noduterensis*, & sexcenta id genus apud veteres, qui singulis rebus propria dispertiebant officia numinum, ut bene Augustinus de Civ. Dei lib. 4. cap. 8. quem vide, & Arnobium lib. 4. si plura de his cognoscere cupias. Veteres igitur illi agricolæ *Sata frumenta*, ut inquit idem S. Augustinus, *quamdiu sub terra essent, præpositam voluerunt habere Deam Sejam: cum vero jam essent super terram, & Segetem facerent, Deam*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ad quem locum hæc Joannes Tzetzes : διαφέρει σισυς ; σισυρνα, σισυρα • σισυς, παυ ἀτελης, και ῥακωδης περιβλημα • σισυρα, δηρμα ατειχον πολλοις πι, μαλλον και Μονασαις φορημενον, ὡς ιματιον • σισυρα δε, μαλλωτα επιβληματα τρωμαις χρησιμδοντα • quæ sic interpretor : *sisyς*, *sisyrna*, *sisyra* differunt inter se : *sisyς* enim est *pallium vile*, & *lacerum* ; *sisyrna*, *pellis*, *sine pilis*, *quam multi*, & *potissimum Monachi*, *ut pallium gestant* ; *sisyra* vero *villosum panniculum*, *quo pro culcita utuntur*. Eadem fere habet ad Lycophronem v. 634. vetus grammaticus Eumæris apud Spanhemium in Nubes : Σισυρα, αιγειου σεγασρου τετειχομενου • *sisyra*, *tegumentum ex caprinis pilis*. Aristophanis scholiastes ad eundem locum : Σισυραι, σερεα περιβλεματα παχεια ταις καλουμειαις εμφρη συραις • εσι και φαυλα, και μικρα περιβληματα • *sisyra*, *solida*, & *crassæ lacernæ iis similes*, *quas syras appellant* : *est autem syra parva*, & *vilis lacerna*.

Sed videamus quæso, quid idem afferat in Ranas vers. 1507. Σισυρα, χιτων δερματιν • Βορηη και λεγασιν, Ηλιωτε τοιαυτην ερω γινετθαι, ὁποτερ • αυδρ • αγροικε οδειπορντ • την σισυραν εκδυση, ὁ και υδς, μητε χρης, μητε φαυλ, η οχληρ • τολιτις συμφερει • πρ και την διαφοραν • εν πι και σισυρα • εκ τειτε το αυτο, πλην ὅτι η μεν σισυρα δοκει βαπτη εινα εκ δερματων αιγειων η και χλαινα, απο εριων. Locus omnium corruptissimus, cui quidem,

Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
medicas adhibere manus ægre possit. Reddam primum
latine, ut græca sunt ad verbum: Sisyra tunica pellicea:
dicitur inter Boream, & Solem hujusmodi contentionem
ortam esse, uter viri agrestis iter facientis tunicam
exueret. Animus autem non humanus, non simplex,
nec

*aut turbulentus civis utilis est. Quod ad differentiam attinet: in aliquibus sisyra, sisyrna: ex tertio idem, præterquam quod sisyra videtur esse vestis ex caprinis pellibus, chlæna autem ex lana. Omnia mutila, mendosa, & inconcinna. Primo sisyra quid sit interpretatur; quid autem hic fabula Boreæ, & Solis? postea cur ad mores civium transit? redit iterum ad sisyram; sed quid monstri illud est *ex τειτς το αυτο*, ex tertio idem? addit, quod omnes superat ineptias: sisyra, & sisyrna hoc differunt, quod sisyra est vestis ex caprinis pilis, chlæna autem ex lana. Quid hic chlæna? sisyrnam potius dicere debuerat. Quæ cum ita sint, quis mecum doctissimis Aristophanis interpretibus, & potissimum τω πανυ Spanhemio non indignetur, qui cum multa in hunc locum erudite afferat, Scholiastæ tamen verba ne tangit quidem, præsertim cum ipse præ ceteris hæc veterum criticorum scholia quamplurimi faciat?*

Ludolphus Kusterus in suis in Ranas adnotationibus ingenue hunc locum se nec intelligere fatetur, & ab ullo aliquo explicari posse desperat. Sed cum ultima Scholiastæ verba restituere conatus sit, operæ pretium fuerit, quæ ibi vir doctus adnotabat, apponere. *Est locus, inquit, corruptus, & proculdubio mutilus, cujus sensum (si in re tam obscura divinare licet) hunc esse puto: χλαινα, & σισυρα in uno tertio convenire (sic enim interpretor illud *ex τειτς το αυτο*) at differre ea ratione, quod sisyra sit vestis ex caprinis pellibus, chlæna autem ex lana. Sic enim scripserat Scholiastes: οτι χλαινα, και σισυρα (ex πιτι και σισυρνα γραφεται) ex τειτς το αυτο. πλιν διαφερει, οτι η μεν σισυρα δοκει βαπτη ειναι εκ δερματων αιγειων, η δε χλαινα, απο εριων. idest: chlæna, & sisyra (scribitur a quibusdam etiam sisyrna)*

conveniunt quidem in uno tertio, sed differunt, quod *sisyra* sit vestis ex caprinis pellibus, *chlæna* autem ex lana. Inutilis sane docti viri labor, & conatus. Primum quidem multa in tribus hisce versiculis audacter addit, multa trajicit, quibus, & nihil consequitur, & superiora magis confundit, quæ non minus obscura sunt, quam ultima hæc verba; tum quid illa, *conveniunt in uno tertio*? etiamne scholasticæ ineptiæ in Scholiaste? Sed quam ridicule demum *chlænam* repofuit, & *sisyram* parenthesi inclusit, quasi de *chlæna*, & *sisyra* interpres loqueretur, cum ibi apertissime discrimen afferat inter *sisyram*, & *sisyram*, non inter *sisyram*, & *chlænam*, quod nihil ad rem; neque enim *chlæna*, & *sisyra* conveniunt inter se, cum illa ut ita dicam, genus sit, hæc autem species: *chlæna* est *quævis penula*, *sisyra* autem ex *pellibus caprinis*; imo *chlænam*, & *lænâ* haud scio an apud veteres auctores pro vili & rustica veste tam facile invenies, cum semper regibus tribuant & sacerdotibus, nisi forte *vilem chlænam καταπρόνητικως* dicant. Ideo cum *chlæna*, & *sisyra* adeo inter se differant, imo contraria sint, ut illa inter nobiles, hæc inter viles vestes numeretur, Aristophanes loc. cit. de Repub. loquens cecinit:

Ἡ μήτε χλαίνα, μήτε σισυρά ζυμφερεί.

Cui neque *læna*; neque *sisyra* congruit:

ubi palam est Comicum de rebus inter se plane contrariis loqui.

Sed videamus, an nos etiam pro virili scholiasten in partem adjuvare possimus. Lege igitur sic vel meo periculo: πρὸς δὲ τὴν διαφορὰν ἐν ποσὶ σισυρά καὶ σισυρά ἐκ τειχῶν τὰ αὐτὰ, πλὴν ὅτι ἡ μὲν δοκεῖ βαπτεινὰ ἐκ δερμάτων ἀγγείων, ἡ δὲ, χλαίνα ἀπὸ οἴων. Ita obscurif-

simum

simum locum levissima duarum litterarum mutatione sic facile explicabis: *Quod ad differentiam apud aliquos attinet: sisyra quidem, & sisyrna idem sunt, atque utraque ex pilis, nisi quod illa videtur esse læna ex caprinis pellibus, hæc autem ex ovinis.* Hoc etiam ejusdem Scholiastæ auctoritate firmabo in Aves vers. 122. ubi de *sisyra, sisy,* atque *sisyrna* hæc habet: διαφερατι σισυρῶα, καὶ σισυρα, καὶ σισυς. σισυρα μὲν ἐστὶ, ἐξ αἰγείων δερμάτων τεύχας ἔχον σκεπασρον. τῶν δὲ σισυρῶων οἱ κατὰ Λιβύην λεγῶσι τὸ ἐκ τῶν κώδιων ῥάπτο. μὲνον ἀμπεχονίου. σισυς δ' ἐστὶ παχὺ ἰματίον, ἀτελής, μικρὸν, ἐπιτηδείου ἐν εὐ ἀπτεσθαί, οἶον ἐξωμίδιον. Ἐρατοσθένης δὲ φησὶ, ὅτι καθάπερ τὸ δένδρον τοαυτο, καὶ ἀνδραχνον; καὶ ἀνδραχνῶν καλεῖται. οὕτως ῶντο σισυρῶων καὶ σισυς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μετεχαισθαί, καὶ τριτῶν προσλαμβάνουσι σισυρῶων οἱ κατὰ Λιβύην τὸ ἐκ τῶν κώδιων τὸ ἀμπεχονίου καλεῖται. *Inter sisyram, sisyrnā, & sisyra hoc discrimen intercedit: Sisyra quidem est ex caprinis pellibus pilosum tegumentum: Sisyrnā vero, qui Libyam incolunt, appellant pænulam ex ovinis pellibus consutam: Sisyra autem est crassum palliolum parvum, & vile, extensum tamen, ut aptari possit, ut humerale. Scribit Eratosthenes, quod sicut eandem plantam andrachnum, & andrachnam appellamus, sic etiam sisyram, & sisyra eadem significatione usurpari putant; tertiam vero sisyrnā Libyci accipiunt palliolum ex ovinis pellibus. Hæc ille: quæ quidem conjecturæ nostræ quam maxime favent.*

Sed quæso quid illa μητε χρῆσθαι, μετε φωνῆ &c. hic, ubi de *sisyra* agitur, & *sisyrna*? Trajectio est verborum in omnibus quidem veterum libris frequens, in scholiis frequentissima: neque enim illuc, sed ad superiores Comici versus pertinent interpretis verba.

Apponam, & Aristophanis locum, & integras adnotationes, prout emendare nobis, & disponere visum est. Diutius, quam par est, hic immorari nonnullis fortasse videmur; sed obscurissimus critici locus, & corruptissimus paucioribus explicari non potest. Quid verbis opus est? Libet in levi negotio experiri, *quid valeant humeri, quid ferre recusent*, ut si forte in graviores auctores incidamus, statim prænoscere possimus, an nostris qui scribimus apta viribus materia censenda sit; præsertim cum nonnulli, & quidem vindice digni ex sacris litteris nodi sese jam offerant: quos quidem illotis manibus attrectare non licet. Sed jam verborum fatis: prodeant tandem in scænam optimi histriones.

ΔΙΟΥΣΙΘ, καὶ ΑἰσχυλΘ.

Διο. Τι δαι λεγεις συ; Αι. Τλω πολιν νω μοι φρασον
 Πρωτον τισι χρηται ποτερα τοις χρησοις; (1) Διο. Ποθεν
 Μισει κακεισα. Αι. Τοις πονηροις δ' ηδεται;
 Διο. Ου δητ' εκεινας γ' αλλα χρηται προ βιαν.
 Αι. Πως ουν τις αυ σωσειε τοιαυτλιυ πολιν,
 Η μητε χλαινα, μητε σισυρα ζυμφερει; (2)

(1) Ο' και νυς μητ' αχρησΘ, μητε φαυλΘ, η οχληρΘ πολιτη συμφερει.

(2) Σισυρα και σισυρα χλαινας ειδΘ Δτελης, οιον εξομις, η π ποιησον' και αλλακς,

ΧειμωνΘ οντΘ τρεις σισυρας οφειλετθ.

πνες και ιμαπιον τραχυ, και παχυ, περιβολαιον αγροικικον, δελικον, παλαιον η χειτων δερμαπινΘ. Βορηη, και λεγουσιν Ηλιωτε τοιαυτην εριλν γινεσαι, οποτερΘ ανδρΘ αγροικς οδειπορευντΘ την σισυραν εκδυση. προ και την διαφορην εν τισι σισυρα, και σισυρα εκ τριων πα αυτα, πλην οτι η μεν δοκει βαπτη ειναι εκ δερματων αιγειων, η δε, χλαινα απο οϊων.

Quæ quidem eo ordine disposita, atque emendata ita facile Latine reddi poterunt.

Bac. *Quid autem tu dicis? Æsch. Primum hoc mihi ediffere,*

Quibus utitur respublica viris? num bonis? (1)

Bac. *Unde?*

Pessime odit: Æsch. Malis igitur gaudet?

Bac. *Minime, sed illis ad vim faciendam utitur.*

Æsch. *Quinam igitur quispiam servet talem urbem,
Cui nec chlæna, nec sisyra (2) recte congruit?*

(1) *Civem enim nec inhumanus, nec vilis, nec turbulentus animus decet.*

(2) *Sisyra, & sisyra chlæna species vilis, ut humerale, aut simplex, aut aliquid hujusmodi. Idem alibi:*

Hyeme existente tres sisyras debet.

Nonnullis est rusticum, crassum, agreste, vetustum, & longum palliolum, vel tunica pellicea, ut in illo: Dicitur inter Boream, & Solem hujusmodi contentionem ortam esse, uter rusticum hominem iter facientem sisyra exueret. Quod ad differentiam attinget apud aliquos: sisyra quidem, & sisyra idem est, atque utraque ex pilis, nisi quod illa videtur potius esse lena ex caprinis pellibus, hæc autem ex ovinis.

Pro μητε χρῆς & reposuimus μητ' ἀχρῆς, & πολιτην pro πολιτης, alioquin nulla in his verbis sententia esset: cetera, quæ hic etiam emendavimus, quisque per se ipse facile videre potest.

V. Nunc autem, ut illuc, unde divertimus, tandem redeamus, Tityri nomen licet a σισυρ & descendere in speciem videatur, tamen cum Tityri iidem, qui Satyri habiti fuerint, ut infra luculenter ostendam, certe Deorum hujusmodi nomina ex Hebraicis fontibus originem ducere verosimilius est. Quod si a σισυρ est τιτυρ, quærendum certe, unde ipsum

οἰσυφῶ : Quidni igitur a ῥωω, ut idem sit *Tityrus* ;
 ac qui pilosus? ita Genes. 27. 11. Jacob ad Rebeccam:
 Nosti, quod Esau frater meus sit ῥγω ωῖν homo pilosus,
 & ego קלן glaber, idest sine pilis. Vulgata habet, & ego
 lenis, quod quidem ad rem nihil facere videtur. Scripsit
 fortasse interpres, & ego levis, idest sine pilis, glaber
 ut apud Tibullum l. 1. El. 8. ora levia pueri: & apud
 Horatium lib. 2. od. 11. levis juventas: idest puer, & ju-
 ventas imberbis; quemadmodum apud Græcos etiam λεως.
 boni amanuenses pro levis reposuerunt lenis, partim insci-
 tia, qua nimium id genus hominum laborant, partim eo-
 rum sententia ducti, qui lenis retinent, & nescio quas
 allegotias nobis obtrudunt, quæ hic certe locum ha-
 bere non possunt, cum pro ut sensus litteralis fert,
 omnino intelligi debeat, *Frater pilosus, ego sine pilis*:
 Quærendum igitur an ipsum lenis, quod in omnibus
 vulgatæ editionibus mordicus retentum est, hanc si-
 gnificantiam aliqua ratione habere possit. Doctissimus
 Facciolatus vocem lenis explicat *id quod tactu nullam aspe-
 ritatem habet*: si fides tanto viro habenda est, jam
 nihil quærendum de vulgata interpretatione cum lenis
 idem sit ac levis, nec nostra emendatione opus erit.
 Sed vereor, ut aliqua auctoritate suam sententiam tue-
 ri possit: quod enim ad verba Ciceronis, quæ affert
 2. de Fin. *sensus judicat dulce, amarum, lene, aspe-
 rum &c.* ut omittam non deesse, qui leve illuc sup-
 ponant, certe ipsum lene, & asperum interpretari et-
 iam possumus quemadmodum apud Celsum l. 2. c. 22.
lenes cibi; & apud Terentium Heauton. 3. 1. 50. *Aspe-
 rum, pater, hoc vinum est, da aliud lenius*. Ut igitur illud
 lenis, quod nunc habemus in vulgata non temere ausim
 adprobare, sic contra nec veterem interpretem arguere,
 cum pro certo ferme habeam levem scripsisse non lenem.

Sed

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

hirciformes. Sed nolo in aliorum sententiis recensendis, aut confutandis tempus terere; vix enim credi potest, quot ineptias hic effutiverint interpretes. Ego ab aliorum opinionibus longius recedere cogor, nec $\tau\omega\ \gamma\psi$ in Levitico idem esse puto, ac in allatis Isaiaë locis.

Optimus Rabbinorum Aben-Ezra vocem $\gamma\psi$ non solum *hircum*, sed etiam *genus quoddam avis horrendæ* denotare affirmat: id cur omnes rejecerint interpretes, & viri docti, causam quidem nondum reperi, præsertim cum non levi argumento fulciri posse videatur: siquidem apud Hesychium legimus $\tau\iota\tau\upsilon\text{-}\rho\upsilon\nu$ (quod & idem est, & manifeste a $\gamma\psi$) avis etiam quoddam genus appellari: imo, & *Satyrum* (quod & idem ac $\tau\iota\tau\upsilon\rho\text{\textcircled{C}}$, & eodem ex fonte) *avem* fuisse testatur Florus l. 1. c. 13. *Iterum in Pomtino agro cum in simili pugna M. Valerius insidente galeæ Satyria alite adjutus retulit spolia, dictusque est ipse Corvinus*, ubi corvum intelligere videtur: ita legitur in Pontani editione: ceteræ omnes pro *satyria* posuerunt *sacra*, quod ita late receptum, ut doctissimi Flori interpretes ne lectorem quidem moneant veteris lectionis: Grævius solus mss. libros omnes non *sacra*, sed *satyria* diserte habere testatur, qui tamen, ut ceteri, quid sibi hoc velit verbum, minime intellexit. Interim quam bene apud Isaiam conveniat hæc $\tau\omega\ \gamma\psi$ interpretatio, ut sit *avis horrendæ genus*, judicent doctiores ex integro Prophetæ loco, quem apponam: *Non habitabitur (Babylon) usque in finem, & non fundabitur usque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi: sed requiescent ibi bestia, & replebuntur do-*

mus

... eorum dr.
 & pilosi saltab.
 enim hic demc
 bus ejus, &
 locus ejusdem
 alter ad alter
 da sunt, præ
 Et possidebunt
 corvus habitabu
 Bochartus,
 $\tau\omega\ \gamma\psi$,
 non solum sub
 nomine hic dæ
 igitur verti pote
 seu demones sa
 non sint demc
 Vates; nec ipi
 $\tau\omega\ \gamma\psi$, mo
 $\tau\omega\ \gamma\psi$ quod n
 que mirabitur
 hircus verti pot
 pta hujusmodi
 dum mihi satis
 num, atque ali
 nit Propheta;
 certe minime fe
 sane hic inepta
 bi non constat.
 devastationem in
 ti scilicet agri, &
 nes ponant domi
 tur, atque hirc

mus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi (redde, & horrendæ aves; quid enim hic dæmones?) & respondebunt ibi ululæ in ædibus ejus, & Sirenes in delubris voluptatis. Similis locus ejusdem sacri Vatis c. 34. 14. Pilosus clamabit alter ad alterum, ubi etiam id genus aves intelligendæ sunt, præsertim ob ea; quæ proxime præcedunt: Et possidebunt illam onocratulus, & ericius: ibis, & corvus habitabunt in ea.

Bochartus, sacri Critici, atque omnes, qui μεταφορικως γΥΨ, *dæmon* dici putant, frustra sunt. Isaias non solum sub hirci, sed & struthionis, & draconis nomine hic dæmones intelligit αλληγορικως. quomodo igitur verti potest, *habitabunt ibi struthiones, & pilosi, seu dæmones saltabunt ibi*, quasi struthiones, & dracones non sint dæmones? balbutiret, si ita esset, summus Vates; nec ipsa sibi constaret αλληγορια, dum primum συμβολικως, mox aperte dæmones memoret eadem in περιοδω. quod non vidisse tot summos viros unusquisque mirabitur. Ceterum nonne το γΥΨ commode *hircus* verti poterit in allatis locis? certe minus inepta hujusmodi μεταφρασις, sed quæ tamen non admodum mihi satisfaciat. Babylonem *draconum, struthionum*, atque aliarum ferarum domicilium fore præcinit Propheta; his autem cur addit *hircum* animal certe minime ferum? quidquid sub *hirco* intelligat, sane hic inepta est αλληγορια, dum litteralis sensus sibi non constat. Quid enim? an hoc illorum locorum devastationem indicat, quod ibi habitent *hirco*? deserti scilicet agri, & desolati, ubi *struthiones, & dracones* ponant domicilia, sed ubi greges *caprarum* pascuntur, atque *hircorum*, & fertiles, & culti fuerint necesse

cessu est. Quod si acutius Prophetæ verba inspiciamus, aliud etiam statim hic deprehendemus, quod teretes aures non parum offendet: *Non habitabitur, inquit, usque in finem, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi*: si pastores ibi non requiescent, quid ibi *hircorum* greges? apage, apage igitur hujusmodi interpretationes, & τὸ γυψ in utroque Prophetæ loco *corvum, noctuam, bubonem*, aut aliam id genus *avem horrendam, malique ominis* (neque enim, quæ proprie avis fuerit, tam facile decerni poterit) aptissime interpretare.

De ceteris porro animalibus, quæ in citatis locis enumerat Isaias, operæ pretium est adire præ ceteris Bocharti Hierozoica p. 1. l. 2. pag. 690. & p. 2. *de fabulosis animalibus*: ubi tamen immerito invehitur in septuaginta fenes, & vulgatum interpretem, quod τὸ ἐνεῖα, *Sirenes* reddiderunt in adducto loco Isaiæ: neque enim poetarum *Sirenes*, nec monstra illa alata draconibus similia, quæ apposuit D. Hieronymus, aliique post eum, hoc loco intelligendæ sunt; sed *vesparum* genus quoddam, seu *crabronum*, ut luculenter ex Aristotele ostendit septuaginta interpretum acerrimus vindex Isaacus Vossius de *Oraculis Sibyllinis* c. 13. p. 262. Nostri interpretes, qui id etiam ad allegorias, tamquam ad sacram anchoram, referunt, mirum in modum torquent se, ut *litteralem sensum* explicare possint: quid enim inter draconum, struthionum, ulularum sibilum, & clangorem dulcissimus *Sirenum* cantus? Omnino vespas illas intelligit Isaias: *Sævum enim & infestum esse hoc animal, utpote quod ipsas quoque animas in vulnere ponat, notum est omnibus*, ut inquit idem Vossius; qui etiam ex Eustathio ad *Odys.* 21. probat *Sirenas* istas ἀμυδρον τι κλαυθμυριζειν, *lugubre aliquid gemere*

mere. Addo etiam
c. 16. Cetera ap
capit, nymphæ
Hinc lux etiam
tragædiæ suæ ha
Εβαυειν εἰς
Σεπτιμῶ ε
Hic certe de lu
tur poeta; nam
atque imo corde
& lætus cantus?
suspiria? bonus Sc
Σωπιον μικρον οἰον
malculum parvum
quibus verbis non
verba intelligend
nis interpretes, qu
temnunt veterum
dio destituti in ta
Sirenes igitur retin
Septuaginta trans
intellige, ut Voss
facile verborum fa
Habitabunt dracones
gent bubones, & b
voluptatis.
Sed hæc pro
faciamus. Et nequa
demonibus, cum qu
quod interpretes or
didere, jam monui
& importunam om

mere. Addo etiam ego Plinii auctoritatem . qui l. II. c. 16. *Cetera apum turba, inquit, cum formam capere cœpit, nymphae vocantur, ut fuci, sirenes, aut cephenes.* Hinc lux etiam tenebrosissimo poetarum, qui in fine tragædiæ suæ hæc habet de Cassandra :

Εβαλινεν ερακτις εντῶ, εν δε καρδια .

Σειρηνῶ εσεναζε λοισθιον μελῶ .

Hic certe de lugubri cantu horum animalium loquitur poeta ; nam alioquin quid ad Cassandram flentem, atque imo corde suspiria trahentem Sirenium dulcis, & lætus cantus ? quid contra ad Sirenas lacrymæ, & suspiria ? bonus Scholiastes aptissime admonet ; *εστι κηλιζωφριον μικρον ὁμοιον μελισση λεγομενον Σειρηνῶ, est animalculum parvum api simile, quod Siren appellatur :* quibus verbis non obscure innuit ita etiam Lycophronis verba intelligenda . Hæc non viderunt docti Lycophronis interpretes, qui nimium quidem, quam decet, contemnunt veterum scholia, quorum tamen ipsi præsidio destituti in tantis tenebris sæpissime offendunt . Sirenes igitur retine in Isaia, ut bene Vulgata, & Septuaginta transtulerunt ; & vespas ibi, seu crabrones intellige, ut Vossius apertissime interpretatus est . Sic facile verborum sensus ; & commode percipi poterit : *Habitabunt dracones, ubi olim greges, & armenta, clangent bubones, & bombilabunt vespæ, ubi delubra erant voluptatis .*

Sed hæc pro Isaia fatis : ad Leviticum gradum faciamus . *Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt .* De τῶ ׀ עירשׁ quod interpretes omnes præter Aquilam dæmones reddidere, jam monui versionem istam, ut laxam nimis, & importunam omnino rejiciendam : importunam inquam,

quam, nam licet in hoc Levitici loco æquo eam animo
 toleremus, quinam ferri poterit Paralipomenon¹ cap. xi.
 v. 15. ubi de Jeroboamo: *Constituit Sacerdotes demoniorum, vitulorumque, quos fecerat*: ridiculam plane
 ταυτολογίαν: quid enim? *vituli*, quos fecerat, *dæmo-*
nes, & *idola* non erant? Hebræus hic etiam habet
 עירי: verte igitur *hircos*, non *dæmonia*: *Constituit*
Sacerdotes hircorum, vitulorumque, quos fecerat: do-
 ctissimus Bochartus in his locis rursus suos *hirciformes*
dæmones obtrudit, & sub nomine *hircorum* *dæmo-*
nes intelligit, qui sæpe sub *hirci* forma videndos se
 præbent: sed & sub *vitulorum* nomine, *dæmones* intel-
 ligendi sunt: an ideo igitur vertendum erit: *Constituit*
Sacerdotes demoniorum, & demoniorum? risum tenea-
 tis amici? Sed nec eorum opinioni assentior, qui *Sa-*
tyros interpretantur, licet hæc sententia nobis quam ma-
 xime faveat: *Satyrorum* cultus, haud ita antiquus
 censendus est, ut vulgus putat: cum nec Homerus
 unquam, nec Hesiodus *Satyrorum* faciant mentionem,
 ut infra pluribus ostendam: *Satyri*, & *Tityri* nomen
 a טיט originem ducere, eorumque cultus ab Ægyptiis
 manasse, nullus dubito: sed *Satyros* tamen Ægyptus
 nunquam novit: *hircos* enim simpliciter coluit, ut
canes, feles, mures, cercopithecus, & quid non? Græci
 inde posteriores, quæ de *hircis* illi simpliciter, suis ipsi
Satyris adoptarunt, quos ideo etiam *capripedes*, *hirci-*
naque forma nobis exhibent poetæ, & statuarii. Red-
 de igitur, vel meo periculo ubique *hircos*, & verba
 illa in Levitico, *cum quibus fornicati sunt*, vel ut Hebræus
 habet, *quia ipsi fornicantur post eos*, non de idololatria,
 ut τὸ fornicare aliquando in sacris litteris, sed proprie
 de monstruosa *hircorum*; mulierumque libidine intellige.

Æli-

DE

Ælianus histor.

τῶν καὶ τρυγῶν

καὶ εὐκλειῶν αὐτῶν

tate: Libidinosi

hirci: siquidem

quod Pindarus

cujus memin

535. hodie n

apud Strabone

τρυγῶν, καὶ τῶν

τρυγῶν ἐστὶν αὐτῶν

Μενδῆται τῶν

Νεῖδης κερῶν

Mendes, ubi Pan-

cus, ubi etiam,

coeunt:

Menderis a

Nili officium

bus miscen

Aliter in aliis Str

rici versus: sed

vinari potest, qu

sint.

Cum autem

hircorumque sacra

brarentur, hinc ip

deduci poterit,

cum Mendes nun

τῶν ὁ τῶν τρυγῶν

deas quæso gramm

hircus appellatur,

Mendes autem cu

110. 111. 112. 113.
 114. 115. 116. 117.
 118. 119. 120. 121.
 122. 123. 124. 125.

Ælianus histor. animal. c. 7. l. 19. Ακολασαδε κυνοκεφαλοι-
τε, και τραγοι • ειπερ αρα ομιλειν γυναιξει φασιν αυτες,
η εοικεν αυτο θουμαζειν ο ΠινδαρⓄ. Quæ sic interpre-
tare: *Libidinosæ præ ceteris animalia sunt cynocephali, &
hirci: siquidem vel cum mulieribus eos misceri ajunt,*
quod Pindarus etiam videtur admirari. Pindari locus,
cujus meminit & Aristides Orat. Ægypt. t. 3. p.
535. hodie non exstat: ejus verba tamen habemus
apud Strabonem l. 17 c. 802. Μευδης, οπε τον Παρα-
τιμωσι, και των ζων τραγων, ως και ΠινδαρⓄ φησιν οι
τραγοι ενθωτα γυναιξει μιγνυνται •

Μευδητα παρα κρημνον·θαλασσης εσχατον

Νειλα κερας, αιγιβατοι οφι τραγοι γυναιξει μισγονται.
*Mendes, ubi Pan colitur, & præ ceteris animalibus hir-
cus, ubi etiam, ut Pindarus ait, cum mulieribus hirci
coeunt:*

*Mendetis ad vicina mari præcipitia, & extremum
Nili ostium, ubi caprarum mariti hirci cum mulieri-
bus miscentur.*

Aliter in aliis Strabonis editionibus disponuntur Ly-
rici versus: sed cum poetæ ode non exstet, vix di-
vinari potest, quodnam ad carminum genus referendi
sint.

Cum autem monstrosa hæc portenta libidinis,
hircorumque sacra in oppido Mendefio potissimum cele-
brarentur, hinc ipsum oppidi nomen ab *hircis* facile
deduci poterit, siquidem Herodotus l. 2. c. 46. hir-
cum *Mendes* nuncupari affirmat ab Ægyptiis: κα-
λεεται ο τε τραγⓄ, και ο Παν Αιγυπτισι Μευδης • (ri-
deas quæso grammaticos nostros, qui *μευδης*, inquit,
hircus appellatur, quasi *μευδηιⓄ*, quia *μευει δηις*.)
Mendes autem quod & oppidum est, & unum ex Ni-

li ostiis proximum *Tanitico* ostio fuisse & Plinius, & Geographi omnes diserte testantur. Notissimum autem in *Tanitico* agro diu, multumque fuisse Israelitas, ut non immerito in urbe *Tani* Pharaonis sedem collocent eruditi, cum omnia Mosis prodigia ibi accidisse narrent sacrae litterae, & potissimum psalmus 37. *Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti in campo Taneos: interrupit mare, & eduxit eos, &c.* Non mirum igitur, si etiam Israelitæ hircos aliquando coluerint, cum & vitulorum cultum, & alias Ægyptianorum ridiculas superstitiones ex crebra & assidua cum ipsis consuetudine libentissime amplecterentur. Atque horum quidem satis: vix me continere potui, quin de τῷ ἕρῳ, sive hirci emissario *Azazelis* aliquid adjicerem: sed cum locus, & res, in qua versamur id minus quidem patiatur, Bocarthum loc. citat. & Spencerum te adire velim, qui l. 3. de *Ritibus Hebræorum*, & fuse, & accurate de illo differit, licet meam sitim neuter adhuc restinguere potuerit.

VI. Nunc autem ut ad *Tityrum*, unde divertimus, tandem redeamus; vel ut nostri etymologi veritas luculentius appareat, varias hujus vocis significaciones fusius, & diligentius persequi necessum est. Operæ igitur pretium fuerit paulisper animum intendere ad ea, quæ criticorum princeps in Varronem de re rustica lib. 3. 125. commentatur. *Erat, inquit, etiam sisyra ovis major: vetus glossarium: sisyra μείζον προβατον ενιαυτου • quam vocem puto fluxisse e Græcia: σισυρῶ enim προβατον. Quare ut Tarentini, quos Romani secuti sunt, pro συ, τυ dicebant, sic pro σισυρῶ, τιτυρῶ, ut πεσυρες τετορες, unde petoritum, genus carri quatuor habens rotas, nam petores, quatuor. Quare eruditissimus interpres Virgilii Servius,*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



prium : nihil clarius, ac manifestius.

Jam vero quod ad *Satyri* significationem attinet, vetus Scholiastes ad illud Theocriti Idyll. 7.

Αυλητῶντι δε μοι δυο ποιμενες • εις μεν Αχαρνῆς,

Εἰς δὲ Λυκωπιτας • ὁ δε Τιτυρῶ εγγυθεν ἄσει •

Pastores ludent gemini, quorum alter Acharneus,

Ille Lycopitas : his carmina Tityrus addit :

ut optime transtulit Heinsius : qui *αυλητῶντι*, *tibiis canent*, interpretantur, frustra sunt : quid enim adderet poeta : ὁ δε Τιτυρῶ εγγυθεν ἄσει? Similis apud Virgilium locus eclog. 5.

Cantabunt mihi Dametas, ὃ Lyctius Ægon :

Saltantes Satyros imitabitur Alphefibæus .

Sed hæc in παραδῶ • nunc Scholiastem audiamus : Τιτυρῶ ὀνομα κυριου ἀπολα • τινες δε παρα Δωριῶσι τῆς σατυρῆς ἀποδεδωκοσι λεγῆσθαι . *Tityrus hic nomen proprium caprarii : alii putant Satyros a Doriensibus ita appellari . Et ad idyll. 3. τινες δε φασι , ὅτι Σιληνῶ • ἄλλοι δε τῆς τραγῆς • ἕτεροι τῆς σατυρῆς • εὐιοι ὀνομα πόλεως Κρητῆς • ἄλλοι δε τῆς προσπόλεως τῶν Θεῶν • τινες δε καλαμον • Dicunt nonnulli esse Silenum ; alii hircos , Satyros alii interpretantur : alii nomen urbis Cretæ : nonnullis Tityri sunt Deorum ministri ; fistulam alii etiam tityrum appellant . Strabo lib. 10. p. 468. Tityros inter τῆς Διονυσῆς προσπόλεως refert , seu Bacchi famulos : Ælianus quoque Tityros eosdem , ac Satyros esse dicit , Bacchoque in expeditionibus comites adsignat ; nomen vero ἀπο τῶν τερεισματῶν deducit , sive a lascivis cantionibus , quibus gaudent . Ejus verba ex variæ historiæ cap. 4. lib. 3. hæc sunt : ὅπ οἱ συνκωρευται Διονυσῆς Σατυροὶ ἦσαν , οἱ ἀπο ἐρικῶν Τιτυροὶ ὀνομαζομενοὶ • ἐσχον δε το ὀνομα ἀπο τῶν τερεισματῶν , οἷς χαίρουσι Σατυροὶ • unde illa in Scali-*

geri Julii Cæsaris dithyrambo, quæ nonnullos, qui illotis illum pedibus adire ausi sunt, valde torserunt: ubi in fine inimitabilis hymni sic Bacchum alloquitur:

*Thiasota blande pando residens pecore senex,
Tityrisca vis vocat te, teterismata titubans,
Crepericrepante crispans cava tympana digito.*

Hinc bona eruditorum pars *Satyris*, sive *Tityris* Bucolicæ poeseos tribuit inventionem; tum quia Bacchi comites erant, quem omnis poetarum chorus, ut poeseos auctorem, hujus præsertim, quæ omnium antiquissima, veneratur: tum quia fistulæ quoddam genus invenisse dicuntur, ex eorum nomine *Τιτυρ* appellatum, quod præter Hesygium, & Scholiasten testatur etiam Athenæus lib. 4. 25. ὁδὲ καλάμιδος αὐλῶν, inquit, *Τιτυρ* καλεῖται παρα τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωρειῶσιν, ὡς Ἀρτεμιδῶρ Ἀεισοφαναῖς ἰσορεῖ ἐν δευτέρῳ περὶ Δωριδῶν. Et lib. 4. 23. affirmat, ὅτι Ἀμερίας ὁ Μακεδῶν ἐν ταῖς γλώσσαις πτύεινον φησὶ καλεῖσθαι τὸν μοναυλόν. Hæc summum virum Jacobum Perizonium impulerunt, ut nova ἀκριβείᾳ Virgilii versus interpretaretur ad cit. loc. Ælian.

*Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi
Sylvestrem tenui musam modularis avena.*

Putat igitur Poetam ad vocis significationes alluisse, & per. *avenam* expressisse *μοναυλόν* illud, quem *τιτυρον* appellabant, per *το recubans* vero id, quod narrat Theocriti Scholiastes, *otiosum* scilicet, quod notat etiam vox *Tityrus*. Sed cum nemo præter Scholiastem hujus significationis mentionem faciat, vereor ne pro *αργῶ*, *otiosus*, *τραγῶ*, *hircus* apud Scholiasten legendum sit, ut alibi etiam idem auctor *Tityri* vocem interpretatur.

Ceterum cum iidem *Satyri*, ac *Tityri* fuerint apud veteres, *Satyri* nomen quovis pretio, eodem quoque fonte manasse contenderim: nam ut a $\sigma\iota\sigma\upsilon\rho$ quod a $\gamma\psi$ Dorica commutatione σ in τ fit $\tau\iota\tau\upsilon\rho$ sic etiam si alterum tantum *sigma* in *tau* commutaveris integro altero, plane ex $\sigma\iota\sigma\upsilon\rho$, seu. potius $\gamma\psi\psi$ *Satyrum* habebis. Scio quid contra nasutuli objicient, primam scilicet syllabam in *Satyro* brevem, quæ longa in *Tityro* sit: verum hoc non aliter factum in *Satyro*, & *Tityro*, atque in *Tityro*, & *Sisyro*: $\sigma\iota\sigma\upsilon\rho$, $\sigma\iota\sigma\upsilon\rho\alpha$, $\sigma\iota\sigma\upsilon\rho\upsilon\alpha$ primam syllabam corripiunt, ut in alatis Aristophanis versibus videre licet, cum tamen $\tau\iota\tau\upsilon\rho$ producat. Quid vero si apud Strabonem lib. 6. 778. $\sigma\alpha\tau\upsilon\rho\iota\omicron\nu$ ejusdem originis nomen etiam prima producta invenitur in veteri oraculo?

$\Sigma\alpha\tau\upsilon\rho\iota\omicron\nu$ τοι δῶκα, Ταραντα τε πιονα δημων

Οικησαι, και πημα Ιαπυγγεοσι γενεσθαι.

Non ignoro huc metri necessitate poetam coactum fuisse, cum alioquin ea vox herōico carmine recipi nequaquam potuisset. Sed idem in *Satyris* eveniret: nam si prima hujus vocis syllaba produceretur, miselli vates, Elegi præsertim, qui *Nymphas*, *Satyrosque* ubique crepant, numquam ea voce uti possent, nisi in iis casibus, quibus numquam fere abusi sunt, in singulari scilicet *nominativo*, & *vocativo*, quos vix unquam reperies. Quid? Heinsius, Casaubonus, Vossius, alique *Satyri* vocem deducunt a $\gamma\psi\psi$, unde etiam *Saturni* nomen iidem repetunt, cum tamen prima syllaba brevis sit in *Satyro*, longa in *Saturno*. Sed piget in his diutius immorari, quæ pueri etiam vident, & sciunt.

Quidquid sit longe aptius hoc *Satyri* etymon, quam quod veteres Scholiastæ afferunt, & Macrobius

Saturn. 1. c. 18. (nam Æliani illud l. 3. var. histor. c. 40. ἀπο τὸ σέτηρεναι indignum sane est, quin inter alia hic memoremus) ita scilicet dictos quasi *Satyros* παρα τῆν σαθῆν, quod *veretrum* est. Scimus quidem *Satyrorum* libidinem, & *satyriasin* genus morbi inde dictum, & *satyrion* herbam apud Dioscoriden, quæ ad Venerem incitat: vidimus & omnium pulcherrimum Satyrum Herculano inventum, qui τὸ αἰδεῖον in ima parte membranulæ ipsius illigatum gestat, de quo plura quidem dicerem, nisi doctissimi, selectissimique viri Herculansenibus antiquitatibus illustrandis egregiam operam navarent; ita ut hæc excutere, plane esset falcem in alienam segetem immittere. Nunc unius Aretæi verba de acutis morbis c. 12. in medium adducam: οἱ Σατυροὶ τὸ Διονυσίου ἱεροὶ ἐν τῆσι γραφήσι, καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὁρεῖα ἰσχυρὰ τὰ αἰδεῖα. Quæ quidem, si de Satyro illo agerem, fusius, ut par esset, explicarem, præsertim ob signantissimam vocem ἰσχυρὰ. Nunc satis est me primum ita salivam ciere viris doctis: ad propositum redeamus. Hæc, inquam, licet ita se habeant, rectius tamen hujusmodi Deorum nomina ab Hebraicis fontibus repetuntur. Hinc summus vir Jacobus Perizonius in Ælianum *Satyros* ita dictos existimat, quod perpetui satellites essent Bacchi a לטט *latus*, quasi *laterones*: infelix etymon, ac geniis malevolentibus profusum. Heinsius in Nonnum, Casaubonus, Vossius, alique *Satyri* vocem deducunt a לטט, quod semper in *sylvis lateant*, quod etymon licet non contemnendum, vero tamen similius videtur nostrum illud a לטט. Sed mirum quantum hac voce לטט oblectati sint eruditi, neque enim *Satyri* tantum nomen, quod ferendum, sed & *Saturni* deducere inde ausus est Fran-

ciscus Junius, quam sententiam Vossii ejus generi calculis approbatam omnes postea libentissime amplexi sunt. *Sed qui ita credunt* (inquit magnum nostri ævi decus eruditissimus Baptista Passerius in *lexico Agyptio* apud Gorium in *Symbolis litterariis*) *nomen ab ejus fortuna ab Italis inditum credunt, cum potius a natura arcessendum videretur.* Nolim tamen Passerium Saturni nomen a טט Dominus, vel ירז serere, (quod ipse omnium divum *sator*) deducere, cum eodem versemur in errore, ac ii, qui a טט latere ejus originem trahunt: nam ut cetera mittam ex טט *Saturus* fit, non *Saturnus*, & qui Hebraicæ linguæ non sunt omnino αμφοροι, sciunt quid conferat litterula illa addita, præsertim in fine τῆς πρώτης, quicquid somnient ii, qui litteram heemanticam objiciunt.

Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte in sua *Theca Calamaria* pag. 354. qui *Saturnum* deducit a נה טש, ut idem sit, ac *dominus lamentationis*, idest ex Hebraico idiotismo, *qui dolores infert, & calamitates*, unde ἀπολητής, *graviter perdens*, ἀμειλικτος, *qui mulceri nequit*, ωμηςης, *crudelis*, συγνῶ, *invisus*, κακοποιῶ, *mala inferens*, & sexcenta, quæ ex Oppiano potissimum, & Nonno collegit Martorellius loc. cit. quo labore etiam sibi temperare poterat vir doctus, cum apud Græcos δεινοτατῶ Χρονῶ & *gravis*, & *maleficus* audiat ubique apud Latinos, & insignis locus sit Macrobiani in somn. Scipionis l. c. 19. ubi ex Ptolemæo, aliisque explicare conatur, cur Saturni stella præcunctis *malefica* existimetur; quod quidem amicorum eruditissimum non vidisse non miror, quippe qui Hebræis, Græcisque gazis instructissimus has Latinorum, quæ ubique prostant, merces minime curat.

Ceterum vulgatum hoc atque ineptum etymon

a טורד vetustate ipsa prope abolitum putabam ; sed ecce tibi elegantissimus Mazochius , qui in eruditissimis *Commentariis in Tab. Heracleenses* hoc Saturni etymon quasi novum aliquod inventum singulis fere paginis inculcat : cui non dictus *Hylas* ? sed ne aliena tantum attulisse videretur vir plurimæ lectionis , addit de suo , quæ hanc eruditorum sententiam de טורד confirmare possint . Accipe , quæ habet pag. 88. *Verum quid moror ? quot fuere Saturni vocabula , totidem nomina Italiae , tum primitivæ , tum latiori alteri , sive Latio , quæ sita fuerunt . Hinc quia Latium , ut Camisene aliquando diceretur , a quodam Camise indigena derivatum traditur : haud temere crediderim Camisen istum (de quo antiqui certant , quid hominis fuerit : vide Macrob. 1. Sat. c. 7. Athenæum l. 15. cap. 3. & ad eum locum Casaubonum) ipsum fuisse Saturnum . Nomen certe est idem : nam sicuti a טורד satur , fit Saturnus , idest Latens (a quo & Latio nomen quæsitum , nimirum ibi latente Deo , ut ille canit) sic a בטום (quod in Cantico Deuter. cap. 32. v. 34. idem quod latens) est Camises ille , quem ego Saturnum interpreto , & Camisene dicebatur Italia adjecta , idest Latium . Quid quod etiam Chonia aliquando Camisa videtur dicta ? Certe illi promontorio , quod inter Crotonem , & Roscianum interjacet , cui urbs Chone insidebat Criminisæ nomen fuisse proditur , quod facile videtur (plane studio rhotacismi ejusdem , quo χων in κρονον transit) ex Camisa factum . Sed jam horum satis . Hucusque vir doctissimus : eandem crambem recoquit p. 93. *Satyrion* ab Hebraico latendi verbo nomen habuit , quia latebram Saturno præbuit , sive iis , qui a facie Josuæ fugerunt : unde & Italia illa vetus , quæ tantumdem ac vetus Oenotria patuit , Saturnia appel-*

labatur a latendo. Quæ quidem cum dubia nimis sint atque incerta, sane hic ad trutinam omnia revocarem: sed nolo contentionis funem trahere, præsertim cum mihi res sit cum eo viro, ut verecundum adolescentem pudeat ipsum, licet merito, oppugnare. Age ergo, quæ duo ad propositum nostrum faciunt, breviter percurramus.

Primum quidem Tarentum, sive locus Tarento proximus, *Satyrion* dictum est, non quod *Saturno latebras præbuerit* sed quod pascuis, gregibusque aptissimum erat, ex vera primaque τὸ σατυρῶν, & σατυρῶν significatione. Notissima sunt, quæ de fertilitate agri Tarentini habent veteres, de ovibus præsertim, & lanis: unde Horatius od. 6. l. 2.

Dulce pellitis ovibus Galesi

Flumen

& Martialis l. 5. ep. 39.

Puella senibus dulcior mihi cygnis,

Agna Galesi mollior Phalantini.

& Staius Sylv. l. 3. car. 5.

Et Lacedæmonii pecuaria culta Galesi.

Iterum Martialis l. 8. ep. 28. ubi pulchre verbo *saturare* utitur, quasi alludat ad *Satyrion*:

Dic toga facundi gratum mihi munus amici,

Esse velis cujus fama, decusque gregis?

Appula Lædæi tibi floruit herba Phalanthi,

Qua saturat Calabris culta Galesus aquis?

Sed non possum hic tamen omittere, quæ habet Poetarum princeps Georgicōn 5. v. 199. ubi de pascuis Tarentinis verba faciens signantissimo vocabulo *saturum* Tarentum appellavit:

Sin armenta magis studium, vitulosque tueri,

Aut

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

aut qua analogia cognominasset *Saturum Tarentum*? Hæc Cluverius . Sed, quod non parum miror, ex Probi in Virgilium commentariis verba adducit loc. cit. vir doctissimus, quibus homo grammaticus ineptissime Tarentum sic dictum a *Satyria palude* contendit . Nolo hic diutius immorari: afferam Virgilii locum ex 7. *Æneidos*, ut pateat, ubinam *paludem Satyriam* collocet vates præstantissimus :

*Qui saltus Tiberine ruos, sacrumque Numici
Litus arant, Rutulosque exercent vomere colles,
Circaumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco,
Quærit iter valles, atque in mare conditur Ufens.*

Hæc Maro, ut non immerito *Satyriam* paludem eandem, ac *Promptinam* esse inde collegerint viri docti: quæ quidem, ut superiora de *Saturo Tarento*, cum apud Cluverium docte essent exposita, Mazochium minime advertisse ægrius ferrem, nisi in elaboratissimis illis commentariis hæc viro doctissimo, atque oculatissimo excidissent: in quibus, cum omnia nitent, quis tam paucis unquam maculis offendatur?

Alterum autem quod sub silentio præterire hic non decet, est quod de *Camese* conjicit Mazochius, quem nobis Macrobiï, atque Athenæi auctoritate filius ut *Saturnum* obtrudit: Sed aut ego fallor, aut nihil hujusmodi in Macrobio, qui *Saturnal. l. c. 5. Regionem istam*, inquit, *quæ nunc vocatur Italia*, regno Janus obtinuit, qui ut Hyginus Protarchum Trallianum secutus tradit, cum *Camese* æque indigena terram hanc ita participata potentia possidebat, ut regio *Camesene*, oppidum *Janiculum* vocitaretur. . . . Hic igitur Janus cum *Saturnum* classe pervectum excepisset hospitio &c: Lege
inte-

integrum Macrobiani locum : videbis statim quam aperte *Camesen* auctor a *Saturno* distinguat : quid autem Athenæus? lib. 15, c. 13. Καμισσηνον Ιανυ αδελφω appellat, vel ut alii legunt αδελφω, και καμισω υιοσ, ut Jani filius sit *Cameses*. Sed quis *Camesen* Saturnum esse unquam dixit, nisi eruditissimus Mazochius, qui cum veteres de *Camese* quid hominis esset certarent inter se, dum alii Jani *amicum*, alii *filium* vellent, omnem ipse litem dirimens *Saturnum* fuisse pronuntiavit? equidem si hoc esset veterum dissidentes sententias componere, jam nihil dubium, & perplexum foret in re literaria, atque ubi de aliquo varia narrarent auctores, statim ad sacram anchoram confugerent omnes, & *Jovem*, *Saturnum*, aliumve απο της μαχινης Θεου ad nodum solvendum inducerent. Sed miror doctum virum, qui *Camesem* Saturnum fuisse decrevit, nomenque deduxit a טמוס, minime tamen huc Deum *Cammum* etiam traxisse, de quo mentio fit Numerorum 21. v. 29. *Vae tibi Moab, periisti popule Camos*: quæ verba etiam habentur apud Jeremiam c. 48. v. 46. eodemque capite v. 7. *ibit Camos in trasmigrationem, Sacerdotes ejus, & principes ejus simul.* Judicum c. 11. v. 24. Jephthe legati ad Ammonem: *Nonne ea, quæ possidet Camos. Deus tuus tibi jure debentur, quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem?* Huic templum Salomonem posuisse testatur sacræ litteræ 1. 3. Regum c. 7. *Ædificavit Salomon fanum Camos idolo Moab in monte, qui est contra Jerusalem*: quod inter alia destruit postea Josias, ut habetur 4. Regum 13. *Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis offensionis, quæ ædificaverat Salomon Rex Israel. Astaroth idolo Sidoniorum,*

☉ *Camos offensioni Moab polluit Rex.*

Hæc, atque alia id genus, quæ conjecturas suas de *Camise* ornarent certe, si minus confirmarent, præteriiſſe virum in ſacris litteris, ut in aliis, verſatiſſimum quiſque mirabitur. Verum omittamus conjecturas hæc, quæ uno tantum etymo de סוד innituntur, quod ſtatim corruiſit, ubi primum illud, ex quo cetera pendent de $\tau\omega \gamma\omega\delta$ confutavimus. Sed eſto etiam *Saturnus*, a $\gamma\omega\delta$, ut viſum eſt criticis noſtris: quid inde? ſi unum modo in Italia locum conſtituerent, quo ſe velut in aſylum receperit *Saturnus*, æquiori animo ferrem: ſed cum in quælibet Italiæ loca, imo, & in totam Italiam inducant *latebras* iſtas, quis unquam ferre poterit? Quid enim? non *Saturnus*, non *Latium*, & *Saturnia* ſolum a *latendo*, ſed & *Cameſene*, quia præbuit *latebras Saturno*, & *Satyrion*, quod ejus in *latebris Saturnus delituit*, & *Chonia*, quod ſuas *latebras Saturno commodavit*, & *Criminiſa*, quod ejus ſe in *latebras Saturnus recepit* Mazochio auctore dicta ſunt. Miſerum *Saturnum*, quot in partes eum Pentheum veluti diſtrahunt critici noſtri! ſed plane oblitus eſt $\acute{o} \pi\alpha\nu\nu$ *Satyræ* paludem, quæ cum & ipſa in Italia, imo in agro Pomptino fuerit, ut ſupra viſum eſt, certe inde etiam ejus nomen deducere debuit. Quidni igitur putemus *Saturnum*, ut Jovis inſequentis iram effugeret in paludis *latebris* aliquandiu etiam delituiſſe, ut olim C. Marius, vel Sinon ille Maronianus 2. *Æneid.* qui de ſeipſo ad Priamum:

*Eripui, fateor, letho me, ☉ vincula rupi,
Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva
Delitui*

Parum abſuit quin crederem *Saturnum* iſtum *latebro-*
bro-

brōsum unum fuisse ex Lyciis illis, qui in ranas μεταμορφωμένοι *submergunt membra palude;* ex quo *filia Cæi*.

Æternum stagno, dixit, vivatis in isto.

Sed relinquamus jam Saturnum in *latebris suis*: nos qui tantum *latebrarum* horrorem refugimus, ad amœniora gradum faciamus.

VIII. Hæc, quæ adhuc de *Tityris* attuli, Neapoli commentabar iisdem prope diebus, quibus hinc egressus patriam versus profectus sum: sed cum paucis post mensibus, una cum patruo meo Josepho Matthæi, Neapolim iterum tenderem, & ad citeriorum Brutiorum promontorium (vulgo *Citrarium* vocant) non paucos dies hybernis tempestatibus distineremur: ecce tibi inter magnam lapidum vim, quos secum flumen illud, seu torrens potius *Citrarius* etiam nuncupatus, ferre solet, pulcherrimum marmor occurrit, latum quidem palmis Neapolit. quinque, altum vero tribus cum dimidio; marmor, inquam, pulcherrimum, & integrum, nisi quod επιγραφή temporis simul, locique injuria nimium adesa, atque attrita vix aliquam in partem intelligi poterat. Atque hic quidem, si omnia excutere vellem, quæ ad hoc attinent monumentum, plura sese jam offerrent, in quibus nimium diu immorandum esset: agendum nempe de loco, unde illud secum vis fluminis avexit, de antiquitate, & quod diligentius inquirendum esset, de illa Latina inscriptione, cum tamen si monumenti pulchritudinem respiciamus, Græca omnino esse debuerit: verum cum de his fusius, & copiosius in peculiari opere de Brutiis differam, ideo quæ ad *Tityrum* facerent, ex illo tantummodo excerpimus.

Hoc



S I L

T I T

Hoc monumentum cum sedulo, & diligenter observassem, statim inde venerunt mihi in mentem, quæ olim de *Tityris* scripseram, eos scilicet Baccho Patri comites semper in expeditionibus fuisse, eosdemque habitos, ac *Satyros* ipsos, qui *Tityri* etiam dicebantur: itaque ex epigraphe illa SILE... TIT... *Sileno*, & *Tityris* positum fuisse monumentum pro certo habui; utinam integra esset hæc inscriptio: multa fortasse insuper, quæ nunc latent, in hoc marmore deprehenderemus. Quod ad Satyrorum attinet lusus, & ea quæ hic insculpta videntur simulacra, nihil melius tunc

tunc succurrere
Ecl. VI. Virgili

..... C

Silenum pue

Vides hic *Silenum*

dem veteris Cl

Silenum non ja

tam jam erectu

pha illa, quæ hic

Addit se fo

Egle Naiadi

Sanguineis fi

Et moros quidem

fit illud apparet) h

sumus. *Satyros* et

bet *Virgilius*:

Tum vero

Ludere, tum

quod hic etiam

bene singula singu

nis *Eclogam* in

IX. *Piget* hic

diti quidam effus

interpretationes (

Longius a ce

sub silentio præterit

modo reticere possu

republica multi non

qui curatissimum ex

latum, primum cu

pe quod nihil adm

mox vero semel a

tunc succurrere potuit, quam ut ad ea, quæ habet
Ecl. VI. Virgilius de Sileno, omnia referrem:

. *Chromis, & Mnasyllus in antro
Silenum pueri somno videre jacentem.*

Vides hic *Silenum* antro innixum, duos Satyros, & quidem *νεωτατος Chromim*, & *Mnasyllum*: ipsum vero *Silenum* non jacentem, sed ut infra etiam apud Poëtam jam erectum, atque expergefactum. Quid *Nympha* illa, quæ hic etiam ad antrum adstat? Eccillam:

*Addit se sociam, timidisque supervenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima: jamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.*

Et *moros* quidem in manu hic habuisse (neque enim quid sit illud apparet) haud inepte ex Marone conicere possumus. *Satyros* etiam ad Sileni cantum saltantes exhibet Virgilius:

*Tum vero in numerum Faunosque, ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus:*

quod hic etiam animadvertere licet, ita ut cum tam bene singula singulis respondeant, certe hanc Maronis Eclogam in animo sculptor ille habuisse videatur.

IX. Piget hic, quæ de tam pulchro monumento eruditi quidam effutiverint, in præsentia referre, quorum interpretationes (cum

Longius a vera multum ratione ferantur)

sub silentio præterire fatius duxi. Sed non & illa eodem modo reticere possum, quæ longævus in hac Neapolitana republica multi nominis senex de hoc marmore cogitarit; qui curatissimum exemplar hujus monumenti ipsi oblatum, primum quidem contemnere visus est, quippe quod nihil admodum novi, aut rari præferret: mox vero semel atque iterum interrogatus, imagun-

culam illam antro innixam, *Bacchum* esse fidentissime pronuntiavit: itane vero? nihil novi hoc marmor habet, aut rari? quid hoc umquam rarius, aut magis novum, quam *Bacchus* tam horridus senex, & tam deformis, quem juvenem, & pulchritudine insignem nobis exhibent poetæ, & statuarii? nolo hic rem lippis, & tonforibus notam veterum auctoritatibus confirmare, cum ex obviis Græcorum, & Latinorum poetarum locis facile id quisque colligere posset. Non me præterit, quod Macrobius habet Saturnalium l. i. c. 18. *Liberi patris simulacra partim puerili ætate, partim juvenili fingunt: præterea barbatus specie, senilique ore, uti Græcis ejus, quem Bassarea, item quem Brysea appellant, & ut in Campania Neapolitani celebrant, Hebona cognominantes. Verum (ut omittam rarius adhuc hujusmodi fore monumentum) non quod Bacchus aliquando barbatus pingeretur ad varias Solis mutationes exprimendas, ut fuse ibidem explicat Macrobius, ideo tam deformis senex omnia Sileno similis, Bacchus esse potest: nam ut omnia deessent, fatis eum Silenum esse ostenderet *Asellus* ille, qui non longe ab antro conspicitur. Pueris etiam notum ab sexcentis poetarum locis, *Silenum* semper *asino* vectari solitum fuisse: animi tamen causa unum, & alterum adducam exemplum, non ut rem quidem certissimam firmem, sed ut illis potius lucem aliquam afferam: ut ceteros præteream, Seneca in *Ædipi* choro ad Bacchum:*

Te senior turpi sequitur Silenus asello

Turgida pampineis redimitus tempora fertis:

turpem *asellum* vocat, cum tamen vox *turpis* ad *Silenum* referenda sit: eodem prorsus modo Fastorum I. Ovidius:

Venerat, &
ubi non est cur n
mus, quod *asinum*
vocem, licet *asi*
ferri debet, qu
simumque esse pu

Nigra ped

Simula Si

Simi autem voce
re quidem possum
pellari: *simones* a
beant: at Ovidiu
obtrudit:

Tum neque /

Tollere . . .

& lib. III. Metar
sis:

. . . *lari ri*

Naris erat . .

& infra:

.

Corpore desib

Rostrum præterea

Solinus cap. 22.

de Delphinis vetus

Repandirostrum

Nemo autem c

itis faciat, cum

chi comites fuisse f

fortasse scire avent

tera parte antro imm

doctus, qui Silenum B

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



borem, licet *ficus* in speciem videatur, *populum* tamen, aut *ulmum* pertinacissime mallet: quid enim, inquit, ad Bacchum *ficus*, & ad *vitem*? scilicet *populus*, quæ *Alcida* gratissima, Marone teste *Ecloga* 7. tribui etiam *Baccho* poterit, *ficus* non poterit: sed quid *populos*, & *ulmos* somniamus, cum *ficum* nimis clare esse appareat? quid *ficus*, inquires, ad *vitem*? id quidem, quod soror ad sororem: audi *Hipponactem*:

Συκην μελαιναν αμπελας κασιγνητην.

Ficum vitis sororem appellat, & merito; nam (ut *Pherenicus* *Epicus* Poeta apud *Athenæum* fabulatur lib. 3. cap. 5.) *Oriæ*, *Oxylique* filius *αμπελον*, και *συκλω* *ficum*, & *vitem* ex sorore *Hamadryade* genuit, quæ cum fratre ipso *μιγεις* ερατη φιλοτητι multa alia etiam mortalibus bona concubitu illo attulisse credebatur. Quid vero si *ficum*, ut & *vitem* *Bacchum* ipsum optima pars veterum invenisse existimabant? *Naxiis* *Bacchum* *Milichium* nuncupari *Andriscus*, & *Agasthenes* testantur, ex eo quod *ficum* primus mortalium invenit, quæ cum *Naxiis* *μειλιχον* fuerit appellata, *Bacchus* etiam *μειλιχι* dictus est. Operæ pretium fuerit ipsius *Athenæi* verba lib. 3. cap. 5. in medium proferre, ut clarius rei veritas elucescat. *Σωσιβι* δ' ο *Λακων* αποδεικνυει εϋρημα *Διονυσ* την *συκην*, δια τϋτο φησι και *Λακεδαιμονις* *συκιτλω* *Διονυσ* τον τιμων. *Ναξιοι* δε, ως *Ανδρισκ*, ετι δ' *Αγασθενης* ισορατι, *μειλιχιον* καλεισθαι τον *Διονυσ* τον, δια τον τϋ *συκιν* καρπον παραδοτιν. διο και τον προσωπου τϋ θεϋ τοις *Ναξιοις*, τον μεν ε βασιλεω *Διονυσ* καλεμενϋ ειναι *αμπελινον*. τον και ε *μειλιχι* *συκινον*. τα γαρ *συκα* *μειλιχα* καλεισθαι. quæ sic interpretor: *Sosibius* *Lacon*, cum ostendere vellet *ficum* *Bacchi* esse inventionem, *Lacedæmones* testes adduxit, qui *Bacchum* *ficulneum* colebant.

Na-

Naxii autem, *ficum* *Milichium* sunt apud *Naxos* ex vite; altera *lichia* appellant quidem ostendit pede in uno stant: certe gere poterat, *Tiyyrique* *Bacchi* arboris truncum κοτυλω, qui *Eclypsam* translatus sacri *Baptisterii* a nutrice *Ino* infans *Satyrosque* (seu *Tiyyrique* tripudians cum illum esse *ghius* quidquam *Thesauri* *Grotii* afferre in *mediis* *Curien* p. 487. tam acerba censuram *Aristoteles* *Rethorice* ait, *συκη* γαρ εστίν *αμπελοφυτον*: *ficus* est *rebus* *Deo* *sacris* *creta*, ideoque in *rebus* *Poeta* eam *rebus* *Deo* *sacris* *creta* Ceterum ut *avertamur*, illud *nomen* *facere* *videtur*

*Naxii autem, ut Andriscus, & Agasthenes narrat, Bacchum Milichium appellant: & duo quidem Dei effigies sunt apud Naxios, altera Bacchi, quem Regem vocant, ex vite; altera vero Milichii ex fico: ficos enim milicha appellant. Hæc Athenæus, cujus verba satis quidem ostendunt, quantum iis tribuendum sit, qui pede in uno stantes facile quavis in re sententias rudent: certe nihil appositum magis sculptor ille effingere poterat, quam ficum, ubi, & vitis, & Silenus, Tityrique Bacchi comites essent. Nec aliud, quam hujus arboris truncum illum esse crediderim in pulcherrimo ποτυλω, qui Formiis Saracenorum scelere everfis Ca-jetam translatus, medio in templo situs est, eoquæ sacri Baptisterii vice nunc etiam utuntur: ubi cum a nutrice Ino infantem Bacchum ulnis, & linteo tegi, Satyrosquæ (seu Tityros eos libet appellare) & Bacchas undique tripudiare videam, vix aliud, quam ficulneum truncum illum esse putarim: licet nec Stephanus Pighius quidquam de trunco habeat in *Mythologia ex τας ωρας Thesauri Gronoviani tom. IX. col. 1190.* & nihil certi afferre in medium potuerit Sponius in *Recherches Curieux* p. 487. Quod si ita est haud dignus fortasse tam acerba censura fuit Cleophon, quali eum notat Aristoteles Reth. l. 3. c. 24. quod ποτυλιαν συκην dixerit, συκη γαρ ευτελης πραγμα: το δε ποτυλια θεοις, η θεοις αρμοζουσα: ficus vile negotium: vox autem ποτυλια Deis, & rebus Deo sacris convenit: nam & ficus Baccho sacra, ideoque in carmine fortasse in ejus laudem, festive Poeta eam ποτυλιαν appellare poterat.*

Ceterum ut ad nostrum iterum monumentum revertamur, illud maxime ad marmoris commendationem facere videtur, Sileno hoc tantum, & Satyris sacrum

crum fuisse, quod certe rarius apud veteres occurrit: Baccho enim *Satyros*, *Tityrosque* comites semper adde-
dere consueverant, *Silenum* potissimum, quem custo-
dem simul, famulumque *Dei alumni* merito poetæ
nuncuparunt. Imo, quod rarius tamen est, pulcherrimum
caput Neapoli forte fortuna inventum nuper vi-
di, ex altera quidem parte juvenili, ac prope fæmi-
neo ore *corymbiferum Bacchum*, ex altera *senem*, *au-
ritumque* referens *Silenum*, ut merito *Silenobacchus*, non
secus ac *Hermathenam* dicimus, appellari possit. Habet
hoc carius auro, si cui videre libet, nunc penes se vir
humanissimus, idemque omnium amicorum longe do-
ctissimus jacobus Martorellius, cujus quidem ad ma-
nus cum pervenerit, fortunatum merito quisque illud
dicat monumentum, quippe quod præconem invene-
rit Martorellium.

Semper igitur Baccho *Silenum*, *Satyrosque* veteres
addebant, raroque sine Baccho *Silenus* occurrit; ita ut
cum templum, aræque tantum *Sileno* sacra essent apud
Eleos, id quasi admodum rarum diligentissimo scripto-
ri Pausaniæ peculiariter adnotare visum est: quo
quidem auctore mulierem illam, non nympham Ma-
ronianam *Æglen*, sed *Ebrietatem* interpretor, ut Sile-
ni ara apud Eleos, de qua lib. 24. *Εστὶ* inquit, *δε κ
ναος ενταυθα, ιδιαι τω Σιληνω κ ουκ ὁμου Διουσω πεποιημε-
νος. Μεθη δε οινου εν εκπωματι αυτω διδωσι. Est & ara
ibidem apud Eleos Sileno sacra, Sileno tantum, & non
Baccho simul posita: Ebrietas autem vinum in poculo
ipsi porrigit. Fortasse & Ebrietas mulier hæc censen-
da erit, quæ vinum εν εκπωματι Sileno propinat, licet
poculum, quod in manu habet, ægre nunc conspici
possit. Quanti igitur hoc marmor æstimandum erit,
quod*

quod non aliquem ex nostris eruditum, sed Pausaniam vel Virgilium ipsum interpretem habet? videant alii mihi certe hic patroni simul, iudicisque munere fungi non licet.

X. Antequam manum de tabula, diligenter hic expendere oportet, quæ aperte nobis adversari videntur, dum *Sileno*, *Satyrisque* dicata nulla apud veteres monumenta adgnosimus, Pausaniæ potissimum freti auctoritate, cui res admodum rara, & nova illud visum est, quod fuisse ipse narrat apud Eleos. Contrarium plane deducunt viri docti ex columna illa vetustissima, quam paucis ab hinc annis in insula Melo inventam auro contra non caram Venetiis penes se habet summus vir Bernardus Nanius. Ecce tibi epigraphen ipsam, qualis ibi inscripta conspicitur:

ΓΑΙ ΔΙΟΝ ΕΚΓΗΑΝΤΟ ΔΕΚΜΑΙ ΤΟ ΔΑΜΕΝΓΗΜΑ ΤΑΤΙΜΑ
ΜΟΙ ΓΑΡ ΕΤΕΥΚΝΟΜΕΝΟΜ ΤΟ ΤΕΤΕΛΕΜ ΜΕΤΡΟ ΓΗΟΝ

Infeliciter inscriptionem hanc interpretatus est Hieronymus Zannettius, qui sic legendam esse existimabat:

ΓΑΙ ΔΙΟΝ ΕΚ ΓΗΣ ΑΝΤΙΔΕΚΟΜΑΙ ΤΟ Δ'
ΑΜ' ΕΝ ΓΗ ΕΜ ΑΓΑΛΜΑ
ΜΟΙ ΓΑΡ ΕΤΕΥΚΝΟΜΕΝΟΜ ΤΟ ΤΕΤΕΛ'
ΕΜ ΜΕΤΡΟ ΓΗΟΝ

Sed videamus, *quid distent æra lupinis* ex nova, & longe ab hac diversa lectione, quam procudit magnum Romanæ Reipublicæ lumen doctissimus Odoardus Corfinius in peculiari dissertatione de hoc monumento:

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΠΗΑΝΤΟΙ ΔΕΚΣΑΙ ΤΟ Δ'
ΑΜΕΝΠΗΕΣ ΑΓΑΛΜΑ
ΣΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΥΚΗΟΜΕΝΟΣ ΤΟΝΤΕ ΤΕ-
ΛΕΣΣΕ ΤΡΟΠΗΟΝ

Quæ

Quæ quidem, si adspiratas literas pro τω Η substituas, & ω in locum ο, quæ tunc in usu adhuc non erant, sic legi poterit:

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΦΑΝΤΩ ΔΕΞΑΙ ΤΟΔ' ΑΜΕΜ-
ΦΕΣ ΑΓΑΛΜΑ -
ΣΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ ΤΟΝΤΕ ΤΕΛΕΣ-
ΣΕ ΤΡΟΦΟΝ

Παι Διῶ Εκφαντῶ δεξαι τοδ' αμεμφες αγαλμα,
Σοι γαρ επευχομενος τοντε τελεσε τροφου.

Baccho igitur vir doctissimus directam hanc epigrapham putat, ita tamen, ut columnæ illi, seu basi, in qua epigramma inscriptum est, Sileni (qui Bacchi magister, famulus, καὶ τροφῆς nutritor) simulacrum impositum fuerit, quod Ecphantus sculptor & fecerat, & dicaverat: sic igitur reddidit elogium:

*Fili Jovis ab Ecphanto suscipe hoc irrepressibile
monumentum,
Tibi enim supplicans tuum Nutritorem (Silenum)
perfecit.*

Hæc Corsinii lectio, atque interpretatio merito omne tulit punctum, communibusque eruditorum suffragiis accepta est: & ipse quidem auctor jam præviderat, nec aliter hanc epigraphen legi, nec explicari posse, quam eo ipsomet sensu, quo ille interpretatus est: sed me non parva quidem causa movet, ut abeam in diversa: præsertim cum hæc inscriptio Corsinio teste, vel Sigæa vetustior reputanda sit, quæ tamen communi omnium consensu ad LX. Olympiadem referri debet. Jam monui Homerum nunquam *Satyrorum* mentionem facere: addo etiam nunc, nec Sileni, nec ipsius Bacchi Hesiodum, vel Homerum unquam meminisse: ita ut si nulla alia de causa, vel eo nomine rejiciendus

duis sit hymnus
ricos locum habe
Homericæ φρασε
gantissimus enim
cem potissimum
ad tertium supr
nio dignus est.
cum hymnum
vellet, eum tam
meritate mortali
Nec me quidquam
nisi mentio fiat
nime genuinus foet
γωνα, Εργα, κα
res. Quod si ne
noverant, quant
Deos, ut cum
Nunquam igitur
se potuit, cum
ut ad Olympiadem
specta mihi pri
eo quod inter co
esset: neque eni
nem tam vetustam
statim dubitatione
ti operis vetustatem
que in architecton
teris versatissimus
literaria Republic
vii, editionem,
hoc stuarum απο
rum, etiam si ha

dus sit hymnus in *Bacchum*, qui nunc inter Home-
 ricos locum habet, licet quicumque illius auctor sit,
 Homericæ φρασεως studiosissimus fuerit oportet: ele-
 gantissimus enim, ac lepidissimus hymnus, & ob de-
 cem potissimum illos versus ex trigesimalotertio usque
 ad tertium supra quadragesimum, vel Homeri inge-
 nio dignus est. Illud autem peccavit ejus auctor, quod
 cum hymnum sub Homeri nomine posteris mandare
 vellet, eum tamen *Baccho* inscripsit, cui quidem Ho-
 meri ætate *mortali vescier aura* non adhuc datum fuerat.
 Nec me quidquam præterea movet, quod *Bacchi*, seu *Dio-*
nyssi mentio fiat in *Scuto* Hesiodi v. 404. cum mi-
 nime genuinus foetus sit *Ascræi* illius vatis, uti sunt Θεο-
 γονια, Ἔργα, καὶ ἡμέραι, quod jam viderunt eruditio-
 res. Quod si ne *Bacchum* quidem Græci vetustiores
 noverant, quanto minus *Satyros*, *Tityros*, *Silenos*,
 Deos, ut cum Plauto loquar, *minutos*, *plebejosque?*
 Nunquam igitur *Sileno* hoc erectum monumentum es-
 se potuit, cum adeo antiquum *Corfinio* visum sit,
 ut ad Olympiadem lx. referendum esse existimarit. Su-
 specta mihi primum hujus monumenti antiquitas,
 eo quod inter columnæ strias elogium illud inscriptum
 esset: neque enim striatarum calumnarum inventio-
 nem tam vetustam unquam fuisse credebam: sed omnem
 statim dubitationem deposui, postquam luculenter stria-
 ti operis vetustatem mihi ostendit vir humanissimus, at-
 que in architectonica arte non minus, ac bonis lit-
 teris versatissimus *Berardus Galianus*, cui quantum
 litteraria Respublica debeat ob splendidissimam Vitru-
 vii, editionem, sat omnibus notum est: verum
 hoc striarum ἀπορημα doctiores perpendant. Cete-
 rum, etiam si hæc inscriptio recentior esset, quis

crederet *Sileno* statuam, & columnam positam fuisse, cum nec in Latio, nec in Græcia, etiam post receptum ubique *Bacchi* cultum, *Sileno*, *Tityris*, *Satyris* ara ulla, aut publicum monumentum dicatum occurrat? Atque hæc quidem apud posteros; nam veteres, ut diximus, *Bacchum*, aliosque hujusmodi Ægyptiorum Deos nequaquam noverant, cum nulla Ægyptiæ mythologiæ ratio tunc quidem haberetur, ut vel ex Homero, atque Hesiodo facile colligi poterit, qui nec *Sileni*, nec *Bacchi*, nec *Isidis*, nec *Serapidis*, &c. umquam meminerunt, aliorumque numinum, quorum cultus sero in Græciam, Latiumque pervenit; ita ut omnino oleum & operam perdant viri docti, qui etiam vetustiorum, & majorum gentium numinum, *Dianæ*, *Lunæ*, *Cereris*, *Saturni* &c. originem repetunt ex Ægyptiis: cum veteres ex cunctis orientalibus populis Ægyptianorum mythologiam præ ceteris despectui haberent.

Aliud etiam incommodum ex hac Corsinii oritur interpretatione, quod virum Græce ad miraculum eruditum non vidisse indignor: nam quid est illud δεξαι Εκφαντω, *suscipe ab Ecphanto*? Equidem, quæ parva mihi Græcæ linguæ notio est, numquam verbum δεχομαι, aliudve ejusdem notæ cum aliis conjunctum casibus reperi, præter patrium, ita ut δεξαι εξ Εκφαντα, vel omissa præpositione, quod cetera hic durissimum esset, δεξαι Εκφαντα dicendum sit, atque illud εξ intelligendum. Vellem doctissimus Corsinius inveniat præpositionem ullam in tota Græcia, quæ quidem intelligi possit, cum dicimus δεξαι Εκφαντω. mihi certe nullam vidisse contigit, cum præpositiones omnes, quæ nostrum *ab* exprimere possunt, patrio casu gaudeant apud Græcos.

Hæc tamen nullo umquam pacto conciliari possunt
in.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

& Mercurio , aut alii Jovis filio inscriptio dirigatur .
 Habe igitur sic integram επιγραφην .

Παι Διῶ εκφαντε , δεξαι τοδ' αμεμφες αγαλμα ,
 Σοι γαρ επδχομενῶ , τστ' ετελεσσε Τροφων .

*Fili Jovis spectabilis, accipe hoc egregium monu-
 mentum ,*

Tibi enim supplicans hoc perfecit Trophon .

Porro verba illa ετελεσσε Τροφων intelligenda sunt de *Trophone* , qui monumentum illud & fecerat , & dicaverat , cum sculptorum nomina apud veteres Græcos statuis inscribi in more fuerit , ut satis Corfinius ostendit . *Trophon* autem proprium nomen ejusdem est originis , ac *Trophimus* , ut vident vel qui nondum ære lavantur ; & nomina quidem hujusmodi in ων sæpe sculptoribus tributa fuisse statim deprehenderit , quicumque vel indicem pictorum & sculptorum inspexerit in eruditissimo Francisci Junii opere *de pictura veterum* . Ita in Herculis Farnesiani statua inscriptum : Γλυχων Αθαναιος εποιει , in aliis sæpissime occurrit Μυχων & Μυρων . & ne extra chorum abeamus in Cajetano vase Σαλπιδων Αθηναιος εποιησε . Quæ quidem exempla potius , quam alia consulto attuli , ut ex iis etiam illud , quod dixi de sculptorum nomine , quod sæpe veterum statuis apponebatur , luculentius appareat .

Paullo superius , cum de *fici* Baccho sacra , & modo cum de *Trophone* loqueremur , Cajetani κοτυλας mentionem fecimus , cujus meminit & doctissimus Corfinius , atque aliqua ex illo deducere conatur , quæ suam hujus , de quo agimus , elogii interpretationem illustrent ; sed nollem tamen illa excidissent summo viro : *In un celebre vaso di marmo , che si trova in Gaeta , e che fu descritto dallo Sponio , e poi riportato da*
Mon-

Monfaucon, vedesi Sileno, che tiene in braccia il fanciullo Bacco, e lo presenta ad Ino, o Leucotea, perchè lo nutrisca, benchè Orfeo riferisca, che egli fu nutrito da Ippa:

Ἰππων κικλησκω Βαχχὸς τροφόν, εὐαδακέρην

Hippam voco Bacchi nutricem, placidam puellam.

Hæc vir doctissimus: fateor equidem hujus vasis σχήματα me plus vice simplici inspexisse; verum *Silenum* istum nunquam vidi: nec Sponius, *Recherches curieuses* p. 487. & *Rei. antiq. quæst. dissert.* 29., nec Montfauconius *Antiq. Expliq. livr.* I. c. 77., nec Stephanus Pighius in *mythologia* ἐκ τὰς ὥρας, qui omnes de κωτύλῳ illo pluribus agunt, *Sileni* quicquam meminerunt. Omnino qui Bacchum in ulnis habet in laudato vase non *Silenus* est, sed *Mercurius*, ut statim quisque agnoscat ex *petaso*, aut alio certe *petaso* simili tegumento, quo ejus caput operitur: nec *Silenus* umquam esse poterit tam pulcher juvenis, qualis ibi esse apparet, cum *Silenus*, & deformatis fuerit, & alio longe diversissimo corporis habitu, & senex, ut cum Plauto loquar, *acheronticus*: itaut adagii loco cecinerit Anacreon od. 38.

Ἐγὼ γερῶν μὲν εἰμι

Σειλιῶν ἐν μέσοισι

Μοιμῶν ὁ χορῶν.

Ego senex quidem sum:

Silenum at inter omnes

Imitabor in choreis.

Sic vertit Andreas: Græca videntur aliquantulum laborare: Barnesius jam vidit legendum ἐν μέσοις δέ, pro μέσοισι, ut esset particula, quæ voculæ μὲν responderet: sed nihil ultra vidit bonus criticus. Quid malum est ἐν μέσοις δέ, seu μέσοισιν, inter medios absolute?

non

non opus est, ut nos etiam in hujus loci emendatione laboremus, cum bene rem omnem composuerit doctissimus Pauvius, a quo temere numquam discesserim, qui legit: Σειλῶον ἐν νεοῖσι, vel νεοῖς δε, vel Σιλῶον δ' ἐν νεοῖσι; cum prima syllaba τὸ Σιλῶον aliquando etiam corripitur: ita facilis sententia erit, atque aperta: dixerat in principio odarii se *senem quidem esse, sed juvenes tamen bibendo superare*; idem repetit in fine, & lepide ait se *imitari Silenum inter juvenes*. Sed nescio; quo fato factum sit, ut duo eruditissimi viri, alter senem & decrepitum *Silenum pro Baccho* habuerit in nostro monumento, alter juvenem formosissimum *Mercurium* in *Cajetano* κοτύλω *Silenum* fuisse putarit.

Verum tempus est, ut vela contrahamus: satis enim, superque immorati jam sumus in hac de voce *Tityrus* Exercitatione: sed ne in opusculis nostris aliquid eruditis deesse videatur, libet hic, quæcumque sparsim in tanta rerum farragine de hac voce dicta sunt, breviter complecti. Prima igitur & originaria vox est γῦψ. *pilus, pilosus*: hinc vestis villosa dicta est Græcis non solum *sisyra*, sed etiam *syra*, ut testatur Aristophanis scholiastes in *Nubes* v. 10. σισυραταῖς καλουμέναις ἐμφερῆ συραταῖς; sunt *sisyraeis* similia tagumenta, quæ *syras* appellamus & quidem in sacris litteris *Zachar.* 13. v. invenitur hæc vox γῦψ pro *tunica villosa*, licet, nisi me memoria fallat, adjectivi in modum nominis ibi usurpetur הַרְרָא: γῦψ, quod vulgatus reddidit *pallium saccinum*. Sic etiam de *Sisyra*, seu *Syra* intelligendum, quod de *Esau* refert *Moses Genes.* c. 5. v. 25. *rufus erat; & zorus in morem pellis hispidus*, ubi etiam vox γῦψ occurrit in Hebræo. Duplicata littera ψ fit γῦψψ, & Græcis *sisy-*

Sisyra, & *Sisyrna*, de quibus, si originem spectes, tot contentionibus opus non est, quot excitarunt Scholiastæ, cum ejusdem omnia sint originationis. Ex τῷ Ἰϣϣ & *Tityrus* fit, & *Satyrus*, ut supra jam luculenter ostendimus: quod ne mirentur ii, qui hujusmodi etyma contemnunt, (quorum tamen ope destitutus veras vocum notiones reperire quis poterit?) addam & aliud exemplum, de quo ne minimum quidem dubitari potest. *Tyrus* urbs Syriæ celeberrima in Phœnicia Hebræis dicitur יָ: ecce tibi Græci ex hac voce ad suæ linguæ genium τυρῶ efformarunt: Romani contra *Sarra*, uti *Tyron* Ennius appellat, unde *Sarranum* ostrum pro *Tyrio* apud Maronem, *Sarrana* Juno apud Silium l. 6. 468. pro *Tyria*, feu *Carthaginensis*: *Sarranæ* tibiæ, quasi *Tyriæ*, quia a *Tyriis* inventæ, ut *Phrygiæ* a Phrygibus, quicquid contra arguentur viri docti. Eruditissimus Martinius in suo etymologico putabat vocem *Satyrum* esse ex Ἰϣ οὐς *ovis villosa*: importunum hic τῷ οὐς, sed facile hoc etymon in melius reduces, si relicto τῷ Ἰϣ derives ex Ἰϣϣ cum doctissimo Passerio, quem tamen præcesserat Bochartus: facilius, si priorem litteram duplices, ut sit Ἰϣϣϣ ejusdem originis, ac *Tityrus*. Quis non miretur hic summi viri Gerardi Vossii negligentiam & ἀμελείαν, qui cum Martinii scrinia sæpissime compilet, hoc tamen etymon ne referat quidem in suo etymologico, sed importuna illa tantum colligat de τῷ Ἰϣϣ, & si qua sint præterea ejusdem furfuris? Porro ne dubitari quidem potest, quin τῷ ϣ sit particula, ut loquuntur Grammatici, *reduplicationis*, cum satis id appareat ex *Sisyra*, quam Græci ipsi etiam *Syram* vocitabant; & mons quidem celeberrimus Cretæ, quem *Dictæum* appellant, & *Tityrus*, & *Tyrus*
di-

dictus est, ut ex Strabonē colligit vir omnigenæ eruditionis Ezechiel Spanhemius in Callim. p. 263. quem tamen nil adnotasse in ea voce montis *Tityri*, seu *Tyri* valde miror. Theocriti Scholiastes ad Idyll. 3. ait *Tityrum* esse ονομα πόλεως Κρητης · vide an hinc emendandum ὄρεως Κρητης, nisi & urbs ejusdem nominis fuerit, quod facile est. Montem autem *Tityrum*, seu *Tyrum*, ut & montem *Seir*, de quo mentio fit Genes. c. 14. v. 6. & alibi sæpius, sic dictum a fertilitate, & pascuis quisque opinabitur, cui ea quæ adhuc disputavimus, vero similia visa fuerint: mihi tamen ex prima & originaria vocis $\tau\upsilon\psi$ notione, quæ *pilosum* notat, mons *Tityrus*, seu *Tyrus*, dictus videtur, ut mons *Seir*, qui & *Edom* Genes. c. 36 v. 8. inde dicitur, quemadmodum hodieque nobis mons notus in Lucania dicitur *Monte piloso*: ea potissimum de causa, quod animalia fere omnia ibi degentia hirsuta reddat & villosa præ ceteris locis, ut mihi plane persuasit elegantissimi ingenii juvenis Michael Vargas Macciuccha, cui plusne litteræ, an litteris ipse debeat nullus scio, quippe qui & litteratorum sit omnium Mæcenas, & non ultimas teneat ipse inter litteratos. Is igitur per aliquot ex accolis amicos certior factus est; ea loca ita quidem esse natura ipsa comparata, ut & oves, & alia animalia villosa magis reddat, quam alibi esse solent: quod quidem de monte *Tityro*, seu *Tyro* dicere quis vetat?

Ex τῷ $\tau\upsilon\psi$ quod *hircum* notat vox *satur* orta est Latinis, cujus prima, & originalis notio non est *satiatus*, cibo *plenus*, ut vulgus putat, sed illa, quam in Virgilio superioribus adnotavimus, qui *saturum Tarentum* appellavit, quasi dicas *ovinum*; *hircinum*, idest *gregibus pascendis aptissimum*; atque hæc est propria hujus vocis significatio,
qua

qua deinde sub ipsa sequitur illa, quæ est apud *Ætnæ* auctorem v. 12. qui *messes saturas*, & apud Persium, qui *Sat. I. v. 71. rus saturum* dixit: nisi velis *saturum* Tarentum, & *Satyrium* locum Tarento proximum ita dictum, quasi *lanosum*, *pilosum*, *villosum*, ut mons *Tityrus*: ita ut *satur* primum fuerit *lanis abundans*, & *saturitas lanarum abundantia*: inde pro quavis rerum copia accepta sint, ut *peculium*, *pecunia*, atque alia sexcenta id genus apud veteres. Postea vero ex hac τὸ *saturi* significatione, quæ *fœcundum*, & *abundantem* notat, factum est, ut *satur* pro *satiatus* passim usurpetur, cum *κεῖνος* (ut Virgilianum locum *fileam*, ubi *κενωτάτος*) sit *fœcundus*, & *abundans*: & *saturitas* quidem in prima vocis veritate non est *satietas*, & *cibi plenitudo*, sed *fœcunditas* & *abundantia*, ut apud Tullium de senectute c. 16. *saturitas, copiaque rerum omnium*.

Lancem etiam variis frugibus refertam, & farciminis genus quoddam ex uva passa, polenta, & nucleis pineis mulso conspersis, hinc etiam *Satyram* dicta esse omnes consentiunt eruditi: sed non idem criticorum consensus in *Satyra*, & *lege Satura*. Post multas Scaligeri, Martinii, Casauboni, Heinsii, Vossii, ut veteres taceam contentiones de hoc etymo, rem omnem ita composuit doctissimus Mazochius *comment. in Tab. Heracl. p. 480.* ut *Satyra* Græcorum a maledicentia, *Satyra* Latinorum ex variis metris, quibus constat, sic dicta sit. *Satyram* Græcorum nihil moror, cum Græci proprie *Satyram* non haberent, ut Latini, qui peculiare quoddam poematis genus *Satyram* appellarunt: nec umquam quisquam mihi persuaserit, Latinorum *Satyram* ita dictam esse ex vario metri genere, quod amplecteretur: nam primo nobilissimi *Satyra-*
H
rum

rum quatuorviri, Lucilius, Horatius, Persius, Juvenalis, nonne heroico carmine, atque uno, & simplici metro suas Satyras concinnarunt? Objiciunt Ennii Satyras, & Varronis, quas vario conscriptas metro fuisse affirmant: sed non ego credulus illis. Haud tam expertus bonæ mentis fuit Ennius, *Mœonides quintus pavone ex Pythagoreo*, nec togatorum doctissimus Varro, ut Satyras scriberet eo modo, ac Martianus Capella suum opus de *nuptiis Philologiæ*: ut omittam, si res ita se quidem haberet, potiori jure Horatianas odas & Pindaricas, præsertim dithyrambicas, *Satyras* dicendas esse. Sed omnino falsum est Ennium, & Varronem in una eademque Satyra varia simul & diversa metra adhibuisse, quicquid somnient ii, qui ex paucis oppido versibus, & male cohærentibus inter se nova statim συνηματα deducunt. Id autem libens dederim adversariis Ennium, & Varronem non singulas uno metro Satyras scriptitasse, sed alteram exempli gratia hexametris, alteram jambicis versibus: verum enim vero hinc totum opus, seu integrum volumen, quod tot varia opuscula complectebatur, *Satyra* merito dici potuisset: at quo jure *Satyræ* ipsum opusculum appelles? Sed de hoc *Satyræ*; de qua agimus etymo, cui potius assensum præbere decet, quam ipsi satyrographo Juvenali? ecce tibi; ut Sat. I. apertissime *Satyræ* etymon ostendit:

*Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.*

Hoc Poema igitur *Satyra* dictum est, quod omnigenum argumentum complecteretur, unde & lanx variis frugibus referta, *Satyra* etiam fuit appellata. Hinc minime audiendus Cæsar Scaliger, qui de *Satyræ*
agens

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



suum *Satyricon* inscripsit, idest opus, cujus materia est *quidquid agunt homines*); *Satura* lex νομῶν πολλὰ περιεχῶν, *lex multis aliis legibus conferta*: de qua pauca hic etiam delibemus.

Festus optime legem *Saturam* interpretatur *legem multis aliis legibus confertam*, ut Glossæ νομῶν πολλὰ περιεχῶν: nec aliam notionem habere poterit vox illa, si ea diligenter expendas, quæ adhuc de voce *Satur* nobis fusc disputata sunt. Nihil hic in eis explicandis veterum locis allaboro, quæ Festus ibidem citat, cum tamen nihil ad legem *Saturam* faciant: satis enim hæc diligenter excussit eruditissimus Mazochius in *Tab. Heracl. p. 480.* quem adeas pluribus de hac lege differentem: licet & ante Mazochium hæc viderint alii, & ne pluribus morer, vidit etiam in suo lexico doctissimus Facciolatus. Igitur cum dicimus *per Saturam* aliquid facere, idest *per confusionem, confuse*, ducta est metaphora a *lance* illa potius, quam a lege *Satura*. Hinc alia est lex *Satura*, alia lex *per Saturam* lata; illa enim est lex simpliciter, quæ multis legibus constat; hæc vero, quæ confuse ferebatur, atque uno rogatu plura simul capita complectebatur, non singula nominatim. Vetitæ igitur non leges *Saturæ*, sed leges *per Saturam* latæ, ut fusc loc. cit. contendit doctissimus Mazochius, qui tamen adeo obscure, & confuse isthæc scripsit, ut dedita opera, dum de lege *Satura*, & formula *per Saturam* agit, sese argumento ipsi accomodasse videatur. Sollemne autem est Romanis Legislatoribus ea omnia abrogare, quæ *per Saturam* fierent, ut notum doctioribus: ita in *exheredatione liberorum*, qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum heredem instituat, vel exheredem *nominatim*

fa-

faciat: quod etiam in posthumis observari iussit Justinianus, quos placuit non aliter recte exheredari, nisi *nominatim* exheredentur: ita ut, cum feminini sexus personas vel *nominatim*, vel *inter ceteras* exheredari in more fuerit, si tamen eas *inter ceteros* exheredare vellent, aliquid ipsis legare debebant. *L. 2. inst. t. 13. §.* quod tamen minime necesse erat apud veteres, qui eas personas exheredare poterant vel *nominatim*, vel etiam *inter ceteros* hoc modo: *Cajus filius meus hæres esto, ceteri exheredes sunt*: Græci dicerent, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔσονται ἀποκληρονομοὶ, ut legitur in testamento Gregorii Nazianzeni. Hinc & lex *Fusia Caninia* servos confuse, permiste, seu *per Saturam* vetuit manumitti, sed omnes *nominatim*, & *distincte*. Nolim hic aliena a proposito, & nostris studiis, nam aridula mihi sapiunt, percensere Horatiani moniti sat memor, *trahent fabrilia fabri*: non possum tamen, quin pauca patienter addam de *Lege Julia Miscella*.

Non desunt ex numerosissima Jurisconsultorum familia, qui ut legis *Fusie Caninie* a quodam *Fusio Caninio*, ita *Miscellæ* nescio a quo *Julio Miscello* originem deducunt. Hæc olim æquius ferebamus, cum Bartoli, & Baldi peruncti sæcibus ora Jurisconfulti regnum tenerent eloquentiæ: at nunc quis ferat elegantissimum Gravinam, qui *De legibus, & Senatus Consultis c. 56.* legem *Juliam Miscellam* multis contendit a nebulone quodam *Miscello* sic appellatam? Cujacius legem *Juliam Miscellam* ipsius *Papiae* aliquod caput fuisse rebatur sic dictam, quod utrumque sexum complecteretur, dum & masculis coelibatum, & feminis viduitatem imperaret: quam sententiam haud scio an merito rejecerint viri docti,
cum

cum sexcentæ in veteri jure occurrant leges, quæ sexum utrumque comprehendant : alii, quod veteri juri Legis Papiæ, quæ coelibatum, & viduitatem rejiciebat, aliqua ex S. C. moderatio insita fuerit : jacobus Gothofredus, quod ex lege Papiæ, & Mutiana cautione simul constaret. Sed cum hæc lex Julia Miscella minime exstet, & vix aliqua ejus occurrat apud veteres mentio, quis umquam divinaverit, quot, quæve præterea capita contineret? Omnino legem *Saturam*, & *Miscellam* idem unumque esse putandum est. Lex *Satura* est quævis lex, quæ plures simul leges comprehendit, eodem modo definiri potest lex *Miscella*, cujus vocis notionem omnes sciunt. Suetonius in *Calig.* c. 20. *miscellos ludos Lugduni edidit*, id est ludos, in quibus *varia spectacula confuse*, & nullo ordine exhibebantur, licet alii a confusis confectibus nomen repetant : Juvenalis *Sat.* II. v. 20. eos ludos *miscellanea* appellat : *veniunt ad miscellanea ludi* : ubi *Ludi* posuit Satyricus pro *Ludii*, seu *Ludiones*. Apuleius l. 3. c. 4. *Metamorphoseon* turbam hominum cujuscumque ordinis, & conditionis *miscellanæam* appellavit ; hinc & *Miscelliones* apud Festum, id est *qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum, mixtorumque judiciorum*, ut ipsemet explicat. Sic apud Gellium legere est *doctrinam miscelleneam, variam, & quasi confusaneam* l. ult. c. 11. & *miscellas columbas* apud Varronem l. 3. R. R. c. 7. id est *varii generis*, seu ex agræsti, & domestico mistas. Sed hæc quidem vulgaria, & e trivio petita : aliud afferam, quod nemo adhuc ; quem sciam animadvertit. Frequentissimus librorum *Miscellaneorum* titulus est apud Criticos nostros, qui librum varias exercitationes, dissertationes, observationes complectentem nun-

cupant *Miscellaneum*: veteres Latini id doctius dicerent *Observationes per Satyram, Exercitationes per Satyram*: quod ne mirentur ii, qui hujus vocis vim adhuc minime inspexerunt, testem locupletissimum afferam Pescennium Festum, qui suos variæ historiæ commentarios inscripsit: *Pescennii Festi Historiarum per Satyram libri*: ut colligo ex Lactantio, qui *Instit. div. l. 1. de fal. Rel. c. 21.* narrat Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare, atque id refert ex Pescennio Festo in *libris historiarum per Satyram*: quod quidem male acceperunt viri docti, qui in indice auctorum ad Lactantium, inter alios *Festum Satyrum* collocarunt, ut *Julium Miscellum* apud Gravinam. Idem igitur sonat *lex Saturæ, & Miscella*, atque utraque legem denotat plura complectentem. Ceterum quemadmodum *Saturæ* nomen peculiari legi cuidam veteres tribuerunt, ita etiam hanc Juliam, *Miscellam* appellarunt, cum utraque plures simul leges comprehenderet: ita duabus legibus, *Saturæ, & Miscellæ* nomen adoptarunt, quod omnibus dari poterat, quæ plura simul >capita complecteretur.

Hæc habui, Jacobe doctissime, quæ dicerem de voce *Tityrus*: plura quidem corraferam, sed sciens parco, ne videar ελεφαντα εκ μυιας ποιειν. Nam quot quæve de *Tityris* mutuari possem ex Aeliani interpretibus præsertim Perizonio, ex Casaubono ad Theophrasti, & ad locos Athenæi quos supra attulimus? De *Sisyra, & Sisyrena* quid Pollucis interpretes, quid Valesius & Lindebrochius ad Amman. Marcell. l. 16. c. 5. & Jungermannus in Longum l. 2. commodatum non dedissent? De *Satyris* verò, ut mythologos taceam, selectiora quædam etiam præbuisset dissertatio illa, quæ extat inter disser-

tationes clarissimæ Cortonensis Academiæ Tom. IV. *Sopra gli Dei de' boschi*. Nemo autem mihi molestus sit, si cum de *hirciformis* Bocharti *dæmonibus* agerem, lubens silentio involvi, quæ de *Satyro* illo dici poterant, quem cum Divo Antonio Monachorum principulo locutum asserit Hieronymus: satis sit dumtaxat id legere, quod ea de re apposuit doctissimus, & acerrimi ingenii P. Zacharias in t. I. par. 3. p. 481. inestque titulus: *saggio critico della Letteratura straniera*: sed *Satyri*, & *Sileni* essentne revera, & mortalesne, an immortales, ipsi veteres ambigebant: Vide Pausaniam l. VI. c. 24. qui testatur *Sileni* sepulcrum esse apud Hebræos: adeatur Vossius ad Melam p. 48. & Kuhnus in Pausaniam. Vir multæ lectionis Thomas Crenius in præfatione sui *Musæi philologici* agens de locis illis Levitici, & Isaïæ, quos supra expendimus, tot varias affert interpretationes ex veteribus Patribus, recentioribus Theologis, Criticis, Philosophis, sacrarum litterarum interpretibus tam nostris, quam heterodoxis, ut centum, aut plus numerare liceat auctorum opiniones. Illud autem mirabitur quisque, inter tot variorum auctorum sententias, quas sollerti labore collegit ibi Thomas Crenius, deesse Thomæ Crenii interpretationem. Ita nimirum hujusmodi homines *in crasso Boeotorum aere nati* sibi ipsi eruditissimi videntur, dummodo, congestis aliorum laboribus, librū faciant auctiorem, & proprio fronti olivam decerptam undique præponant. Ego vero Martorelli eruditissime, (a te siquidem occæpit sermo, atque ad te demum ut redeat, res postulat) cum grande, & immortale tuum illud opus, Hebræis, Græcis, Latinisque gazis locupletissimum, de *Theca Calamaria* sæpe, & diligenter quidem evolverem, nec te
aliud

aliud in elaboratissimis illis commentariis spectasse animadverterem, quam aut semper nova, & antehac ignota doceres, aut lucem tenebricosis adhuc, & male intellectis veterum locis, aut medicinam corruptis, praveque emendatis opportunam afferres: nil aliud in hisce exercitationibus magis mihi in animo fuit, quam ut tuis semper vestigiis insisterem, & magnorum virorum Spanhemii, Pauvii, d'Orvillii, Alberti, Wesselingii, Raymari, ut Italos taceam, aliorumque, quos merito criticos appelles, non circumforaneos narratores, qui ingentia sæpe per fatyram volumina ex variis tessellis, & emblemate velut vermiculato conferruminant. Defuerunt quidem mihi identidem vires, fateor, & auctorum locos forsitan obscuriores reddidi, quibus lucem afferre conabar. Sed voluisse affatim est in arduis rebus: des veniam facilis, JACOBE doctissime, adolescenti, quem vix tertium lustrum emensum ad pugnam statim ex privata umbra descendisse non ignoras. Nolo meam ipse hic causam agere: scio quanti apud te sit Homeri auctoritas, ejus versibus te mihi nunc patronum adscisco, apud quem *Iliad.* 23. v. 589. sic Antilochus adolescens ad Menelaum:

Αυσχεο νυν • πολλου γαρ εγωγε νεωτερος ειμι
 Σειο, αυναξ Μενελαε • συ δε προτερος, η αρειων •
 Οισθ' οιαι νεου ανδρος υπερβασιαι θελεθρασι •
 Κραιπνοτερος μεν γαρ τε νοος, λεπτη δε τε μητις •

V. I R O D O C T I S S I M O
BAPTISTÆ PASSERIO.

CUM primam harum Exercitationum Jacobi Martorellii nomine exornassem, sedulo quærere institueram virum, & Martorellio in litteris parem, & amicitia conjunctissimum, cui alteram hanc opportune nuncuparem. Ex tot autem bene multa amicorum copia, nemo aptior feligi poterat, quam tu, Præful amplissime, cujus penitioris omne genus litteraturæ studium, ingenium, & judicii acrimoniam vel fat pauci, vel nemo satis æstimare poterit, nisi qui tui in hisce litteris fuerint quam simillimi. Nam ut cetera erudita, & critica opuscula, variasque dissertationes sub silentio præteream, cuinam satis queant expleri corda pervolvendo grande, & divinum prope opus de *Gemmis Astriferis*? Quis tam lynceus perpetuos de *Lucernis veterum* commentarios inspiciet, quin nimio ingenii tui late ibi micantis splendore perstrictus hæreat, aut contra quis tam cæcus ad novum illud veterum lucernarum lumen, quin oculis nictet? Et quid præterea dicam de linguæ Hetruscæ peritia, de qua consulturi aliquid eruditi, te unum modo, ut Phœbi cortinam, adeunt?

Hæc certe tanta sunt, ut alium præter te Martorellio nostro adjungere piaculum fuisset. Quid si frequentissimus accedat amicitiaë usus, ut ultro citroque

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

EXERCITATIO SECUNDA

De Ficu Ruminali, Alba, & Ara Maxima.

I. **D**E ficu Ruminali quam diversa habeant veteres. Quo in loco fuerit. An eadem, ac ficus Navia. Scaligeri, Salmasii, Dacerii sententia. Ficus Ruminales an plures. Plinius emendatur, atque explicatur. Ficum Ruminalem, & Naviam eandem fuisse contra Salmasium ostenditur.

II. Ficus Ruminalis an exstiterit Livii aetate. Tacitus notatur. Fuit in Palatio prope Lupercal, qua Tiberis olim alveus fluebat. Tiberis Rumon dictus, & inde ficus Ruminalis. Virgilius illustratur. Quid rumor, & murmur; An pro aquae strepitu usupentur. Ausonius, & Claudianus notantur: Vossio, Heinsio, & Gronovio resistitur. Scaliger defenditur. Ruminalis ficus an etiam Romulans. Ovidius emendatur. Veterum, & recentiorum etyma de ficu Ruminali rejiciuntur.

III. Palatium dictum ארמון: Palatium an sit ακροπολις. Palatium Virgilio, quod Pindaro πρυτανειον. Mons Αμרון quid sit in Amos. Versio τωγ LXX. retinetur. Vox ארמון frequens in sacris litteris quid notet. Roma non a Romulo, sed quasi רומה: Tiberis non a Tiberino, sed quasi תבר: Numisma, in quo ficus Ruminalis, illustratur.

IV. Numisma cum ilice, & sue. De Alba. An eadem, ac hodie Albanum. Livius illustratur. Alba an prope Tiberim. Litus quid. Lanuvium, Laurentum, Lavinium diverse urbes. Strabo emendatur. Albam, quis edificaverit. Virgilius illustratur. Ex urbibus Alba, Roma, Lavinio, Troja quoniam Aeneae in Italia promissa.

V. Ex dictis urbibus nullam Aeneae promissam fuisse ostenditur. Trojae nomen, cui loco datum in Latio. Ardea etiam Troja dicta. Stephanus explicatur, rejectis Holstenii, atque aliorum conjecturis. Urbs ab Aenea prope Tiberim condita. Virgilius, & Livius illustrantur. Urbs prope Tiberim dicta Alba. Fabula de sue alba expenditur. Lycophron ceteris accuratior.

VI. Insulae, urbes, montes multis in locis ex Albo nomen saepe traxerunt. Alpus, & albus, an idem ac altus. Albi epithetum, variis locis datum apud Homerum. Albis flumen Germaniae Albus, & Alba dictus. Tiberis etiam Alba. Stephanus illustratur, rejecta Cluverii, & Berchellii emendatione. Multa de Tiberti, Alba, Albula observantur.

VII. De Ara Maxima. Locus

Li.

Livii expeditio
sententia de Ara
maxima dictus. A
ra Jovis Inven
culi dicata in fo
maxima. Ara J
tam Trigemina
Virgilius lauda
pertio, Virgili
illustratur ex S
explicatur.

VIII. Ara He
Inventoris eadem
sed confutatur. S
tur. Ara Jovis in
xima. De Caco e
pantia. Falconius n.
& Tzetzes defendi
ipse sibi crexerit He
ta an proprium N
Ara maxima an
Herculis Victoris
lis ades quo in lo
quid Solino.

IX. Visceratio q
petuus bos apud Ma
cus obscurissimus ill
cennaris quid sit.

TUm multu
ille in ore
Gracos in veter
mendacia effuti
teres scriptores
inter se concili
num opus fit
via ducem velu
per omnia sequ

Livii expenditur . Variæ veterum sententiæ de Ara maxima . Baulis unde dictus . Ara , quo in loco , cui dicata , & a quo : diversa ab ara Jovis Inventoris . Ara Herculi dicata in foro Boario ; & hæc maxima . Ara Jovi dicata ad portam Trigeminam . Dujatu error . Virgilius laudatus . Ovidio , Propertio , Virgilio resistitur . Livius illustratur ex Strabone . Tacitus explicatur .

VIII. *Ara Herculis , & Jovis Inventoris eadem Salmasio visa , sed confutatur . Solinus illustratur . Ara Jovis inventoris an maxima . De Caco veterum discrepantia . Falconius notatur . Livius , & Tzetzes defenditur . Aram an ipse sibi erexit Hercules . Caimenta an proprium Nicostratæ nomen . Ara maxima an intra Sacellum . Herculis Victoris , & Triumphalis ædes quo in loco . Sacrificulus quid Solino .*

IX. *Visceratio quid sit , & perpetuus bos apud Maronem . Livii locus obscurissimus illustratur . Sex-cennaris quid sit . Dujatio , Gro-*

novio , Factiolato resistitur . Sacæna , scæna , Sescena quid . Festi vetus lectio retinetur . Novus Mazochii conatus rejicitur . Veterum scribendi ratio es pro x quot tenebras Livio offuderit . Vox etaros quid notet . Ætatis in victimis , veteres habuisse rationem ostenditur ex Latinorum , Græcorum , atque Hebræorum consuetudine . Jovi cur quinquennialis bos immolatus apud Homerum .

X. *Salmasii objecta de Ara maxima diluuntur . Ara maxima una . Ara maxima cui nomini instituta . Dehinc defenditur contra Salmasium . Nomen quid sit . Velleji locus obscurissimus illustratur , exploris aliorum emendationibus . Ovidii locus contra Salmasium expenditur . Salmasii opinio de Ara maxima quam importunum , & contra veterum sententiam . Aram ab Hercule erectam Jovi inventori fuit prope portam Ostiensem . Ara maxima Herculi erecta a Potitus , & Pinarius in foro Boario . Dionysii Halicarnassæi præceteris diligentia .*

TUM multus de Græculorum fide ubique rumor, tum ille in ore omnium criticorum sermo increbuit, Græcos in veteri suæ gentis potissimum historia tot mendacia effutisse, quot verba: unde illa inter veteres scriptores discrepantia, ut nec umquam fere inter se conciliari possint, & periculosa alex plenum opus sit in tanta rerum varietate unum sibi viæ ducem veluti, & comitem deligere, quem tutus per omnia sequi possis. Quò jure hanc Græcis notam

tam censores nostri inurant, ipsi viderint. Non is sum, ut quidquid e Græcorum prodiderit officinis, id tamquam Cælo delapsum custodiam, & venerer: illud tamen multis hic docere possem Latinos in Romana historia longe magis canoras nugas identidem nobis venditasse, quam Græcos: quorum quidem in fingendis fabulis studium cum vellent æmulari, nullo unquam pacto felicissimam illam Græcorum artem in excogitando assequi potuerunt. Vel consulat quisque primordia, & origines rerum Romanarum: quot deliramenta ab ingressu Æneæ in Italiam usque ad Urbem conditam reperiet? Nil simile in tota Græcorum historia, qui licet & plura, & sæpius fingant, id tamen & apte faciunt, & opportune, & in iis tantum, quæ sibi, totique Græcanicæ genti decori sint, atque ornamento: cum veteres Romani ea inconsulto sæpissime obtrudunt, quæ nec historiam ornent, nec hilum sibi profint, imo & dedecus afferant aliquando, ut merito Cassianum illud occentari possit, *cui id bono?* Hæc minime attigissem, nisi in secunda hac Exercitatione nodi aliquot ex Romana historia se nobis obtulissent, adeo inter se confusi, atque implicati, ut cum vix me solvendo parem esse viderem, consilium mutassem statim, meque ad alia convertissem, nisi vetus illud admoneret adagium: *Tute hoc intrivisti, tibi est devorandum.* Sed nolo hic diutius προαυλιζειν. Unum moneo me eas tantum fabulas in scænam spectandas producturum, in quibus critico homini, & erudito priores partes demandari opus esset, hac enim persona in medium prodire jam usque ab initio satius duximus: eas autem consulto selegisse, quæ & affiniores essent argumento, & easdem fere haberent πε-

pitores, uti i
 factus, in
 eventu ex una
 re μεταμορφω
 cogat spectato
 & veluti con
 sed una tant
 I. Livius
 nima alluvie,
 vocatam ferunt
 prope Tiberim
 mnes auctores
 historia satis pa
 manarum rerum
 ripas quarendus
 rant. Neque ex
 fluebat, & Liv
 Tiberim, sed
 vix veteres conve
 Comitio, alii ad C
 cal collocent. D
 post multa, q
 ostendit veteres
 disse, ut prop
 ipse litem dirim
 teram in Germa
 quidem veram
 Remumque tere
 sam ab Actio
 Comitium transi
 aliique; hanc au
 lo Romanam qu

ριπερειας, uti in *Ficu Ruminali*, quam ex duabus unam facimus, in *Alba*, quam duas ex una, nec dissimili eventu ex una *Ara maxima* duas novo prorsus genere μεταμορφωσης, quod vel invites animum advortere cogat spectatores: hæc autem eo ordine disponimus, & veluti conglutinamus inter se, ut jam non tres, sed una tantum fabula videatur.

I. Livius de Romulo, & Remo l. i. c. 4. ait: *In proxima alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.* Ficum *Ruminalem* prope Tiberim fuisse, præsertim in illa alluvie, & omnes auctores asserunt, & ex ipsa Remi, & Romuli historia satis patet: sed non ideo cum imperitis Romanarum rerum scriptoribus locus nunc ad Tiberis ripas quærendus est, ubi *ficum* fuisse veteres memorant. Neque enim in eodem, quo Tiberis nunc, alveo fluebat, & Livii etiam ætate *Ruminalis ficus* non prope Tiberim, sed media in urbe sita erat. At quo in loco? vix veteres conveniunt, ne dicam recentiores, cum alii in Comitio, alii ad Germalum, alii ad Curiam, alii ad Lupercal collocent. Doctissimus Salmasius in Solinum p. 1136. post multa, quibus utramque paginam implet, clare ostendit veteres tot nugas de *Ficu Ruminali* tradidisse, ut prope insanisse videantur: tandem omnem ipse litem dirimens duas *Ficus Ruminales* agnoscit, alteram in Germalo, alteram in Comitio, & primam quidem veram fuisse *Ruminalem*, quæ Romulum, Remumque texerat, alteram vero *Naviam*, sic dictam ab Actio Navio Augure, qui eam sponte in Comitium transire jussit, ut narrant Festus, Plinius aliique; hanc autem in memoriam illius in Germalo *Ruminalem* quoque dictam esse: unde cum veteres

res auctores discrepent sæpe inter se, de ficu *Ruminali*, ideo factum hoc putandum esse, quod modo illam intelligant vere *Ruminalem*, modo hanc *Naviam*, quæ *Ruminalis* quoque fuit appellata. Contra Josephus Scaliger in Festum pluribus contendit unam eandemque fuisse ficum, quæ ob varia eventa multis etiam nominibus fuerit insignita: sed hæc ægrorum somnia videntur Salmasio, qui contra Scaligerum non modo ficum *Naviam* a *Ruminali* diversam, sed & *Naviam* dictam *Ruminalem*, ideoque duas *Ruminales* ficus ostendere conatur. Andreas Dacerius, qui suis ad Festum adnotationibus colligens, quos sibi ex uberima segete manipulos Scaliger reliquerat, Festum pro virili juvare conatus est, ad trutinam utriusque partis revocans argumenta, rejecta tandem Scaligeri sententia, secundum Salmasium decernit. Sed libet nunc ad te provocare, BAPTISTA eruditissime, neque enim hujusmodi Dacerii hariolationibus satis acquiesco.

Magnum utriusque partis argumentum, quò tota velut cardine volvitur summorum virorum controversia, est corruptissimus locus Plinii l. 15. c. 18. qui sic habet. *Colitur ficus arbor in foro ipso, ac Comitio Romæ nata, sacro ibi fulguribus conditis: magisque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, & Remi conditoris appellata, quoniam sub ea inventa est Lupa infantibus præbens rumim (ita vocabant mammam) miraculo juxta ex ære dicto, tamquam in Comitium sponte transisset. Adactò navigio aliquarescit, rursus cura sacerdotum feritur.* Hæc Plinii corruptissima verba sic acutissime Scaliger, & post eum Salmasius restituit: *Colitur ficus arbor in foro ipso, ac Comitio Romina (ita Scaliger emendat) Romæ nata, Salmasius vero ad Comitii aram enata)*

ea) sacro ibi
 . . . que nut
 pellata, quonia
 præbens rumim
 are juxta dica
 set, Actio Ni
 cerdotum seri
 minalem, &
 tamen, quasi
 Dacerius in Fe
 scurissimum expl
 fuisse ficum Nar
 dulo rejiciunt) qu
 malo *Ruminalis*
 sta est, licet Ni
 gure, cujus di
 olim transit.
 ut ne ea quide
 Non dicit Pliniu
 minalem ob mem
 in Germalo, se
 fuit Romuli, ide
 hic auctor inept
 est *Ruminalis* ob
 quid ad rem? ob
 buerat, quod tan
 riam nutricis, quo
 inveniunt viri do
 ad ficum *Rumina*
Ruminalis, cum
 an igitur ad ficum
 Verum si sub ficu

ea) sacro ibi fulguribus conditis: magisque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, & Remi conditoris, appellata, quoniam sub ea inventa est - Lupa infantibus præbens ruminam (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato, tamquam in Comitium sponte transisset, Actio Navio Augure: arefcit, rursusque cura sacerdotum feritur. Hinc Scaliger doctè infert ficum Ruminalem, & Naviam unam eandemque fuisse, quem tamen, quasi Plinii verba minime intellexerit, notat Dacerius in Festum, & cum Salmasio ita locum obscurissimum explicat, veluti si Plinius diceret, in Comitio fuisse ficum Naviam (ideo τὸ Rominam Scaligeri sedulo rejiciunt) quæ ob memoriam alterius ficus in Germalo Ruminalis appellatæ, ipsa quoque Ruminalis dicta est, licet Navia vocanda sit ab Actio Navio Augure, cujus dicto audiens ficus sponte in comitium olim transit. Piget summos viros hic adeo cæcutisse ut ne ea quidem viderint, quæ essent in propatulo. Non dicit Plinius Ficum Naviam appellatam esse Ruminalem ob memoriam ejus ficus Ruminalis, quæ erat in Germalo, sed ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, idest ejus nutricis. Quod si ita est, plane hic auctor ineptivit: quid enim? Ficus Navia appellata est Ruminalis ob memoriam Lupæ nutricis Romuli: quid ad rem? ob memoriam - ficus Ruminalis dicere debuerat, quod tamen contra est: quid tum? ob memoriam nutricis, quoniam sub ea inventa est lupa, vellem inveniant viri docti, cuinam referri debeat τὸ sub ea: ad ficum Ruminalem certe, sed hic nulla mentio ficus Ruminalis, cum τὸ ejus ad nutricem referendum sit: an igitur ad ficum Naviam, de qua agit in principio? Verum si sub ficu Navia lupa mammam præbuit Ro-

mulo, & Remo, certe ficus *Navia* eadem esse debet, ac *Ruminalis*, quod tamen negant viri docti.

Hæc si vidissent Salmasius, & Dacerius alio sensu accepissent Plinii verba, quibus nil aliud ipse narrare videtur, quam *Ficum* illam, quæ erat in Comitio, vulgo *Naviam* appellari, quod illuc jussu Navii auguris sponte sua transisse putabatur, ab aliis vero, & frequentius *Ruminalem* vocitari, quod sub ea Romulum, & Remum Lupam aluisse fama erat: unde colligit *Ficum* illam jamdiu ante *Navium* fuisse; & falsam omnino de Navio augure fabulam: quam vix apud paucos fidem habuisse oportet, cum præter Festum, & Plinium cit. loc. veteres auctores ne γρη quidem, ut dicitur, de illa: quod magis mirandum in Varrone, Cicerone aliisque, qui etiam in iis locis, ubi de *Navio* agunt, & pluribus ejus gesta prosequuntur, de hoc maxime nota digno miraculo *Ficus Navia* omnino silent. Duas igitur veterum sententias exponit Plinius, eorum alteram, qui *Ficum* illam *Ruminalem* appellabant putantes sub ea *rumim* infantibus Lupam præbuisse, alteram eorum, qui tantam ei vetustatem denegantes ad Actii Navii tempora referebant, *Naviamque* ab hoc augure vocitabant. Plinii igitur locum post Scaligeri; Salmasii, Harduini, aliorumque conatus corruptum adhuc, atque obscurum sic facile emendabis: *Colitur ficus arbor in foro ipso, ad Comitii aram enata, sacro ibi fulguribus conditis, magisque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, & Remi conditoris, Ruminalis appellata (quoniam sub ea inventa est Lupa infantibus præbens rumim, miraculo ex ære juxta dicato) quam Navia, tamquam in Comitium sponte transfisset, Actio Navio Augure: arefcit, rursusque cura sacerdotum fertur.*

eur. Una igitur
Ruminalis: cujus
erit, cum ad
in Comitio, al
Lupercal colloce
cum Ficum F
Varro, Tacit
teres in parte
in compito ea
duæ viæ IV, I
in angulo IV F
X, sive Palatii
duobus angulis I
gione Lupercalis
quo in loco nur
cant eruditi.

Ceterum
ex fonte origin
quam ex eo,
Ficus Ruminalis
fidem habeat nar
Romæ in Comi
anno, inquit A
Comitio, quæ su
Remi, Romulique
arefcite trun
In summa, cum
ante Romuli obi
verum ejus firm
novis ædificiorum
tim fluminis alve
longe diversissima

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



memoriam variis in locis ficus in Palatino ferere cœperunt, quibus arefcentibus, statim aliæ subserebantur, ut Plinius loc. cit. diserte habet de *Ficu Ruminali*, arefcit, rursusque cura Sacerdotum feritur; quod Tacito novum visum esse prodigium valde miror. Hinc autem factum est, ut licet variis in locis *Ruminalem Ficum* veteres posuerint, omnes tamen in Palatino colle eam collocarint. Neque hoc in dubium revocari poterit, siquidem ut Romulum, Remumque cupido incessit in iis locis, ubi expositi, atque educati erant, urbis condendæ, statim Palatium primum muniri cœptum esse Livius testatur c. 6. expositos autem pueros sub *Ficu Ruminali* idem c. 4. affirmarat; fuit igitur certe *Ficus* in Palatio, seu colle Palatino: quo tamen in Palatii loco juxta cum ignarissimis scio. Ad quæ paulo superius de ejus situ differebam, quibus addo eorum vero propiorem videri sententiam, qui non longe a Lupercali eam collocant: ad ripas enim Tiberis fuisse necesse est, aut certe quousque Tiberis super ripas effusus in illa alluvie pervenire poterat.

Tiberim autem per Lupercal antea labi solitum testatur Honoratus ad 8. *Æneid.* v. 90. ubi etiam *Ruminalem* hanc *Ficum*, quasi *Tiberinam* dictam esse contendit, eo quod prope Tiberim erat, quem *Rumonem* veteres appellabant: atque ita Virgilii illud explicat loc. cit.

Ergo iter inceptum celerant Rumone secundo.
quasi diceret *favente*, & *secundo Tiberi*. Macrobius l. 6. Saturn. c. 1. legit:

Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.
Quam lectionem firmare conatur veterum exemplis, quæ quidem quantum ad rem faciant, infra ostendam.

Vi.

Vides autem
zvo hunc N
Grammaticis,
terpretationem
adhuc potuisse
cus nonnullis
fo illo rumor
age nos ad az
Libri editi
que post eum e
bus, ut apud Hor
cundo: quam ser
lepini Lexico
ne morum ele
studium prius co
pauci to rumor
strepitu, & fl
responso, ut a
tatio licet satis
videtur: secunda
rem, non est La
incerto auctore p
ma accipitur,
etiam adverso
Et quod Horati
viente solvi Fam
ep. 3. Quos rum
significantiam ha
magnaque virum
Scaliger Poet. l.
more. Sed non
enim pro aqua

Vides autem hinc jam usque a Macrobiani, & Servii ævo hunc Maronis versiculum varie sollicitatum a Grammaticis, nec veram tamen lectionem, atque interpretationem ex tot criticorum commentariis elici adhuc potuisse. Imo & adeo sentibus plenus hic locus nonnullis visus est, ut etiam post *inceptum iter* viso illo *rumone*, seu *rumore* perterriti constiterint. Sed age nos ad ἀπροσίτοι istud μορμολυκειοῦ propius accedamus.

Libri editi habent *rumore secundo*, quod Lacerda, alii- que post eum explicant *faustis acclamationibus, bonis ominibus*, ut apud Horatium *efferre aliquem ad cælum rumore secundo*: quam sententiam libenter amplexus est in suo Callepini Lexico Jacobus Facciolatus, in quo summam ne morum elegantiam, an penitissimum litterarum studium prius commendem? Vossius contra, alii- que non pauci το *rumore secundo* explicant *undæ remis proficissæ strepitu*, & *fluore secundi amnis*, a ῥέω, vel κατὰ ῥοῦν φερομενῶ, ut ait Farnabius. Prima Facciolati interpretatio licet satis Latina, hic tamen minus ad rem facere videtur: secunda Vossii expositio licet satis quidem ad rem, non est Latina. *Rumor* nil aliud est, nisi *sermo*, qui *incerto auctore per populum dispergitur*: unde sæpe pro *fama* accipitur, ut apud Livium l. 27. c. 20. *Marcellus etiam adverso rumore esse, quod male pugnaverat* &c. Et quod Horatius l. 2. od. 2. dixit, *illum aget penna metuente solvi Fama superstes*, sic expressit Martialis l. 10. ep. 3. *Quos rumor alba gemmeus vehit penna*. Eandem significantiam habet vox *murmur*, ut apud Maronem *magnoque virum se murmure tollit*, quod opportune Scaliger Poet. l. IV. c. 16. explicat, *effert se secundo rumore*. Sed non idem utriusque voculæ fatum: *murmur* enim pro *aquæ leni strepitu* sæpissime apud veteres acceptum,

ceptum, ita ut hæc prima ejus *πρῶτος* notio habeatur non a Lexicographis modo, sed ab ipso Tullio 3. *de Orat.* cum contra *το rumor*, nec pro aquæ strepitu, nec pro quocumque fragore, unquam usurpetur, ut vulgus nunc barbare abutitur. Hinc recte acerrimus Poetarum censor Cæsar Scaliger l. vi. *Poetices* canentem sigillat Aufonium:

Subterlabentis tacito rumore Mosellæ.

Et Claudianum Epithal. Honor.

*Nec non & variis vectæ Nereides ibant,
Audito rumore feris, &c.*

Quod frustra conatur defendere doctissimus Joannes Fridericus Gronovius *Observat.* l. 2. c. 16. neque enim ad rem faciunt tot Græcorum, & Latinorum Poetarum, quæ sedulo undeunde corrasit exempla, in quibus littora, maria, flumina *clamare*, *reclamare*, & *βοᾶζειν* dicuntur; neque enim clamorem istum, & strepitum flumini tributum, sed hac *το rumor* significatione male ab Aufonio acceptum queritur Cæsar Scaliger. Nec quidquam supra allatus Poetæ locus Aufonium juvat:

Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.

hic enim vel *Rumone* cum Servio legi debet, cujusmodi antiqua ex Pontificum libris eruta vocabula sæpe gravitatis causa suo Poemati Virgilius inferuit: vel si vulgatam lectionem retinere libet cum Facciolato ita explicandum erit, ut idem sit, ac *faustis acclamationibus*, quam sententiam non invitus amplectetur quisquis sciet in codice Mediceo pro *celerant* legi testante Pierio, *celebrant*, quod huic interpretationi quam maxime favet. Quam facilis autem sit in antiquis libris harum vocum permutatio satis patet ex celebri contentione de Semilano lapide inter Fabrettum, & Mazochium, atque inde in-

ter.

ter Mazochium
celaris. Ad ipsi
Calamariam, a
His scrip
tionem opera
copiam mihi
gantissimis m
dandus Sever
bricius occurri
do, quid sit pan
ex paucis istis
re secundi anni
interpretatur, f
edente; cujus se
ac Fabriciana.
more secundo,
dem quid sit
sententiam rej
nautico: cui ut
obtundere velim
rant, morosa d
doctissimus He
ut quasi firmur
signari curaveri
eos, qui alia om
legit Rumonem,
retanum, Excer
cundo, uti & in
ne intellectum
omne additum: se
vereor ne istis l
men Senatuscon

ter Mazochium, & Martorellium ob vocem *celebris*, & *celeris*. Ad ipsū p. xxxix. in additamentis ad *Thecam Calamariam*, atque huic litem adjudicandam fateberis.

His scriptis, consului luculentissimam Virgilii editionem opera, & studio V. C. Petri Burmanni, cujus copiam mihi fecit vir humanissimus, nec minus elegantissimis moribus, atque avita nobilitate, commendandus Severus Carminianus. Ibi autem primus Fabricius occurrit, qui statim admonuit: *Rumore secundo, quid sit pauci intellexerunt*. Ipsum tamen Fabricium ex paucis istis non fuisse existimo, dum explicat *fluore secundi annis, aut faustis acclamationibus*. Catroæus interpretatur, *flumine placido, & nullum fere sonitum edente*; cujus sententia eadem in trutina ponenda est, ac Fabriciana. Importunior ceteris Venetus, qui, *rumore secundo*, inquit, idest *fama silente*: quod quidem quid sit juxta cum Davo intelligo. Hanc Veneti sententiam rejicit Pierius, & suam obtrudit de *plausu nautico*: cui ut ceteros taceam (neque enim lectorem obtundere velim, si, quid singuli interpretes hic afferant, morosa diligentia persequi satagam) subscripsit doctissimus Heinsius, & post eum eruditi omnes: ita ut quasi firmum Senatusconsultum publicis tabulis consignari curaverit eruditissimus Facciolatus. Vellem hic eos, qui alia omnia senserunt, adducere, Servium, qui legit *Rumonem*, mss. Sprotianum, Hamburgicum, Moretanum, Excerpta Burmanni, in quibus *Rumone secundo*, uti & in Zulichemio, quod postea cum minime intellectum sit, e manu secunda *rumore* cum glossa *omine* additum: sed cum longe plures sint in illam partem, vereor ne istis licet minime assentientibus, ratum tamen Senatusconsultum habeatur. Satius igitur erit me

veluti ex criticorum plebe Tribunum huic Senatus auctoritati intercedere, cum minime e litteraria Republica fore eam animadvertam.

Legendum igitur in Virgilio *Rumore secundo*, rejecto omnino *rumore* illo, cujus gratia tot clamores inter criticos excitati. Nam vel pro *aquæ leni strepitu* (& quod nunc nautæ dicerent *essendo favorevole la corrente dell'acqua*) το *rumor* in Marone accipiatur: & jam satis paulo superius observavimus hanc significantiam neminem proborum auctorum huic voci tribuisse. Vel pro *faustis acclamationibus*, & *bonis ominibus* explicari libeat, & hac etiam notione το *rumor* Latinis auribus absolum est; licet supra Facciolato imprudens ipse de hac τὸ *rumoris* significantia sim adstipulatus. *Rumor* (ut & diminutivum *Rumusculus* satis manifeste etiam ostendit) nil aliud est, quam sermo, qui incerto auctore per populum dispergitur: quinam igitur *rumore secundo* interpretari possumus *bonis ominibus*? Afferunt viri docti ex Ciceron. 3. de *Divinat.* veteris Poætæ versiculum: *Solvere imperat rumore secundo, atque adversa avi*: sed asciam, ut ajunt, suis, cruribus illidunt: nam si *rumore secundo* est bono omine, quomodo solvere poterant *secundo omine*, & *adversa avi*; cum *avis* sit *ominis* hic *συνωρυμῶν*; Idem dicendum de Sævii versiculo, & aliis veterum fragmentis, quæ collegit Macrobius 6. *Satur.* c. 1. ex quibus vix verus sensus illius voculæ expiscari poterit: nec dubito, quin omnia referenda sint ad Horatianam illam φρασιν supra adductam *efferre aliquem ad cælum rumore secundo*, idest *bona fama*, ut satis ex Martiale etiam ostendimus. Nec pro *plausu* nautico, & *acclamationibus rumor* accipi poterit; hæc enim notio ex eo originem tra-

trahit, quod r.
Latinæ aucto-
ritatis plaudent

Nec quidq.
affert Heinſius
secundo, ita
enim rumor se
partem populus
mus, Livii locus
rumore esse, quod
rendum Claudian

... Qua
Secessit regio
Palladii pene

Quod male torqu
non statim videt
ma? Hæc igitur
notio est, qua
atque hac quiden
versiculum, si rumo
lum erit peragere
Nullo igitur pac
loci sententiæ rum
velit, obſtet Lati
ex Latinorum auct
loci sententiæ, qu
gi poterit. Legas
ceptum celerant R
& Latinum est,
Trojan, quod cel
aut manifestus.
Ceterum, ut

trahit, quod *rumorem* pro *strepitu* acceperint cadentis Latinitatis auctores, unde postea *rumorem secundum* fremitum plaudentium nautarum sunt interpretati.

Nec quidquam ad rem facit Taciti locus, quem affert Heinsius ex III. Annal. 29. *Utque hæc rumore secundo, ita adversis animis acceptum, quod &c.* hic enim *rumor secundus* est *bona fama*, & *quæ in bonam partem populus accepit*. Contrarius huic, licet simillimus, Livii locus l. 26. c. 20. *Marcellus etiam adverso rumore esse, quod male pugnaverat*. Huc etiam referendum Claudiani illud *Epithal. Palladii v. 62.*

. . . . *Quæ sic impervia fama
Secessit regio, quo non rumore secundo
Palladii penetravit amor?*

Quod male torquet Heinsius ad 8. *Æneid.* Quis enim non statim videt *rumore secundo* idem esse, ac *bona fama*? Hæc igitur tantum vera, & legitima τὸ *rumoris* notio est, qua veteres aureæ ætatis auctores usi sunt: atque hac quidem ratione intelligendus esset poetæ versiculus, si *rumorem* legere vellemus. Sed quid, malum erit *peragere, celebrare, celerare iter bona fama*? Nullo igitur pacto τὸ *rumor* retineri poterit, cum si loci sententiæ *rumoris* significationem accommodare quis velit, obstet Latinorum auctorum consuetudo: si vero ex Latinorum auctorum consuetudine explicare, obstet loci sententia, quæ de *bona fama* nullo modo intelligi poterit. Legas igitur meo periculo: *Ergo iter inceptum celerant Rumore secundo*: quod & doctum, & Latinum est, & loco aptissimum. *Incipiunt iter Trojani, quod celerant Tiberi favente*. Nihil clarius, aut manifestius.

Ceterum, ut ad propositum revertamur, *Rumina-*
L *lem*

lem ficum a *Rumone Tiberi*, quasi *Tiberinam* dictam etiam ante Romulum melius placet, quam a Romulo ejus nomen arcescere, itaut prius *Romularis*, postea corrupte *Ruminalis* fuerit appellata, quod sentit Livius loc. cit. *in proxima alluvie, ubi nunc ficus ruminalis est (romularem vocatam ferunt) pueros exponunt*. Ovidius 2. *Fast. v. 411.* contra Livium ficum eam antea *ruminalem* postea vero *romularem* vocatam asserit:

. . . . *Quæque vocatur*

Romula nunc ficus, rumina ficus erat.

Sed quis umquam præterea hanc ficum Ovidii ætate *Romularem* dictam asseveret? Legendum certe, atque emendandum:

. . . . *Quæque vocatur.*

Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.

Ruminalem scilicet arborem Livius, & Ovidius *Romularem* a Romulo dictam antea putabant, & corrupte postea *Ruminalem*: quam tamen ex eo nomen alii traxisse opinantur, quod pecora ibi *ruminantia* umbram captarent, vel ob puerorum lactationem, quod mammam *rumim* prisca dicerent, & præsidem educationis infantium Deam *Ruminam*, & *Rumiliam*, ut Varro in *Catone*, sive *de liberorum educatione* apud Nonium l. XI. p. 756. *Hiscæ Manibus lacte fit non vino: Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam (lege rumim) idest prisco vocabulo mammam, ex quo subrumi etiam nunc vocantur agni.*

III. Hæc, atque alia hujusmodi (neque enim in recensendis aliorum sententiis tempus terere opus est) præter Festum, Plinium, Livium, Ovidium, Varro- nem, legere est etiam apud Xiphilinum, & Halicar- naseum in primordiis Romanæ historiæ, & Plutarchum

in

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

& *Principis Sede* nunc usurpant, Latinum non esse contendunt: imo ex vetustioris, & purioris Latinæ linguæ consuetudine merito το βασιλειον, seu *Principis Sedem*, quæ plerumque etiam arcibus munitæ, *Palatium* appellamus. Atque ideo, quæ Græcis πρυτανεια *publicæ* nempe in urbe *domus*, & *splendidæ* dicta sunt, ea Poetarum principi *Palatia* nuncupantur *Georgic. I.* ubi verba illa Pindari *od. XI. Nem. Tenedio Arcesilæ filio stroph. I.*

Παι Π'εας, ἀ τε πρυτανεια λελογκας, Ε'σια.

Sic reddit loc. cit. v. 498.

. *Vestaque mater,*

Quæ Thuscum Tiberim, & Romana palatia servas.

Quemadmodum autem *Roma* dicta est, quasi *excelsa*, *edita*, quod sonat ἤδῳ (quis enim sibi persuaserit sic dictam a *Romulo* contra omnem etymi legem? *Romulea* esset a *Romulo* non *Roma*, & potius a *Roma* est *Romulus*) ita mons ille, qui hujus excelsæ urbis *arx* velut erat, & pars omnium *altissima* (tunc certe cum adhuc alii colles vix habitari adhuc cœperant) *Rumon* vetustioribus, *Palatium* vero posterioribus appellatur: unde *ficus Ruminalis*, idest *Palatina*, & *Tiberis Rumon* dictus, ut *Servius* testatur: quod non de integro flumine accipi velim, itaut ubique *Rumon* diceretur, sed tantum, quâ per *Rumonem*, seu *Palatium* labebatur, quemadmodum *Albula*, qua parte *Albulam* urbem alluebat, ut infra ostendam: ita enim eadem flumina sæpe ex locis, per quæ iter faciunt, varia cognomenta suscipere notissimum est. Totum autem flumen, *Tiberis*, seu *Tibris* appellatur, non quod *Tiberinus* Rex, seu *Albanorum*, seu *Thuscorum*, in eo submersus interiit, ut somniant *Livius*, *Ovidius*, *Virgilius*,

lius, Dionysius, Stephanus: cui enim hoc persuadere poteris Grammaticorum a *Tiberino* dictum *Tiberim*? potius a *Tiberi* est *Tiberinus*: longe ineptiores ii, qui sic dictum putant, quasi flumen *injuriae* ex ὑβρις. Sed si poeticas fabellas comminisci libuisset, melius Latini poetæ *Tiberim* dictum *Albulam* eo quod *Alba* Rex alter a Latino Sylvio ibi submersus sit, quam *Albulam* dictum *Tiberim*, quod in ipsum submersus *Tiberinus*. Omnino dictus est *Tibris*, sive תבר quasi *taurus*, hoc enim est תבר: fluvii enim cornuta facie, & *tauriformes*, ut notum vel pueris ex Græcis Poetis, & Latinis.

Hanc autem τ8 *Rumonis* originationem ex Hebraicis fontibus criticos latuisse eo magis miror, quo frequentius hæc vox occurrit in sacris litteris eodem fere sensu, quo *Palatium* apud Latinos. Septuaginta interpretes varie hanc vocem variis in locis reddiderunt, sæpius vero Βαειω interpretati sunt, ut Paralipom. l. 2. c. 36. v. 19. ubi Vulgata: *universas Turres combusserunt*, & Psal. 47. 4. eu Βαρεσιω. Vulgata, *Deus in Domibus ejus cognoscetur*. Languidior hæc ῥησις est, quam ut תברן hoc loco respondere possit, præsertim cum præcedant illa: *Fundatur exsultatione universæ terræ Mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magna: Deus in Domibus* &c. Eodem Psalm. v. 14. eandem versionem animadvertere licet. Sic etiam Lament. 2. 5. *dissipavit Munitiones ejus*, idest Βαρεσι, ut Septuaginta, qui etiam infra v. 7. quod vulgata *in turribus suis*, ipsi expresserunt eu πυργοβαρεσιω. Nolim hic de Βαρεσι etiam verba facere: cum tot de hac voce veteribus, & recentioribus controversiæ excitatæ sint, ut peculiari dissertatione ad hoc tantum opus esset. Nunc satis est monuisse usque ad ipsum Hieronymi ævum domus ab
omni

omni parte conclusas, & in modum turrium, publicorumque mœnium ædificatas, βαρεῖς a Palæstinis dictas esse, testante ipso Hieronymo, in *Psal.* 44. Adeantur scholia in septuaginta, & scholiastes Lycophronis in v. 747. in primis Potterus, & quos ibi affert vir doctus: tum Josephus *Antiqu. Judaic.* l. 4. c. 4. de βαρεῖ Danielis ἐν Εὐβατανοῖς, quem confutat Scaliger in prolegomenis in opus de *Emendat. temp.* p. 37. adeatur etiam idem Scaliger de hac voce in notis ad fragmenta veterum Chronologorum ad Nicolaum Damascenum in calce nobilissimi operis *de emendatione temporum*: ubi pauca quidem, sed more suo ceteris accuratius, & κεικωταρως habet vir incomparabilis. Quidquid sit, βαεῖς est vox certe pura puta Orientalis ex Chaldæo בִּירָה quod est *castrum*, *palatium*, aut quid hujusmodi; neque enim Græca esse potest, cum primam syllabam producat, ut patet ex Propertio l. 3. el. 10. v. 44.

Baridos & *contis* *rostra* *Liburna* *sequi*.

Ubi navis Ægyptiacæ genus sic dictum intelligit: vide Herodot. Euterp. p. 123.

Nota etiam dignum illud in Proverb. 18. 19. ubi verterunt βασιλειον, *regiam*. In Isaia 23. 13. πειχῶ 25. 2. θεμελιον; ut & Jerem. 6. 5. & Osee 8. 14. *Templum* quoque vulgata, & ναον Septuaginta, reddiderunt Jerem. 30. 18. Imo & ad alia quoque latius extenderunt in Isaia 34. 13. ubi πολιν, *urbem*, & Jerem. 17. 27. ἀμφοδα, *vicum*; *plateam* interpretati sunt. Latissime vero in Amoso 3. 9. & 3. 10. ἐν χωραῖς, *in regionibus*, & Micheæ 5. 4. ἐπὶ τῶν χωρῶν, qui tamen loci ad propriam etiam τῶν ἰσραηλῶν significationem facile reduci poterunt: præsertim cum Vulgata in Amoso habeat *in aedibus terræ Ægypti*, ubi Septuaginta *in regionibus*, ἐν χωραῖς.

Verum ut amice in dictis locis conjurant interpretes, sic contra discrepant in Amoso c. 4. v. 3. ubi cum vox יִדְרֹן occurrat, mirum est quot turbas excitaverint viri docti. Recentiores fere omnes critici *palatium* reddunt: sed non uno omnes modo Prophetæ verba interpretantur. Munsterus: *Palatium Regis dejicietis, ut melius fuga consulatis.* Vatablus: *In palatium, seu in arcem munitissimam metu hostium vos recipiemini.* Drusius: *abjicietis suppellectilem palatii.* Livelleus: *projicietis filios vestros in palatium: nec quid novi præterea afferunt Clarius, & Grotius.* Hujusmodi versiones, & interpretationes an quidquam ad rem faciant, expendant doctiores ex integro Prophetæ loco quem apponam: *Audite verbum hoc vaccæ Basan, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris: afferte, & bibamus. Juravit Dominus Deus in Sancto suo: quia ecce dies venient super vos, & levabunt vos in contis, & in ollis ferventibus reliquias vestras. Et per aperturas exhibitis altera contra alteram: Tum illa: & dejicietis palatium, projicietis, aut abjicietis suppellectilem palatii.* Quid hæc quæso cum superioribus Prophetæ verbis? Divus Hieronymus יִדְרֹן hic ut proprium nomen accepit, vertitque *projiciemini in Armon*, uti etiam nunc habet vulgata: & putat loca esse in *Armenia* hoc nomine insignita, quod late ita receptum, ut Jonathas verterit *deportabunt illos ultra montes Armeniæ.*

Sed hæc ex prava legendi Rabbinorum consuetudine, quæ jam Divi Hieronymi tempestate passim increbuerat: quem quidem nescio quid impulerit, ut hic a Septuaginta longius recesserit; qui licet nomen proprium hoc loco etiam agnoverint, nec *Armon* tamen nec *Armeniam*

niam reddiderunt, sed ἀπορρίψθησθε εἰς τὸ ὄρος τὸ Ρέμμα: *projiciemini in montem Remmam*. Ubi nonnulli purioris hebraismi imperitissimi pro Ρέμμα reposuerunt Ἀρμονα ex vulgata, cum contra si locum emendare libuisset, reponendum *Remina* ex Eusebio *de locis*: Ρέμινα ὄρος ἐν Ἡσαία • Ἀκυλας, ὄρος Ρέμωνα ἐπὶ τῆς Ἀρμενίας • ἐστὶ δὲ καὶ κωμὴ Ρέμμων ἐν τῷ Δαρῶμα • ἐν τῇ Βασιλείαις, Ρέμμα οἶκος εἰδῶλας Δαμασκ, *Remina mons in Isaia: Aquila interpretatur montem Remonem in Armenia: est ὅτι villa Remmon in Darma: in libris Regnorum Remma domus Idoli Damasci*. Ubi cum recte doctissimus Jesuita Jacobus Bonfrerius moneat hoc nomen nusquam esse in Isaia, certe aut memoria lapsus est Eusebius, aut pro *Isaia*, reponendum *Amoso*, apud quem hic mons, de quo loquimur, occurrit. Legitur etiam apud Eusebium *Remma* pro *Remina* in aliquibus editionibus: sed nihil moror. Certe melior versio, quæ & nobis magis faveat, & Hebraicæ voculæ strictius respondeat, est illa Aquilæ, quam affert Eusebius, qui vertit montem *Remonem*, quam lectionem si quis in Septuaginta quoque inferat, moleste non feram. Male autem legitur *Armon*, cum τὸ Ἄ non sit radicale, præsertim quod aliquando cum ἦ scriptum occurrat, aliquando vero sine ulla aspiratione, ut opus non sit Grotii conjecturis, qui illam vere Hebræam, hanc vero Chaldæam vocem existimat. Legendum igitur ἀπορρίψθησθε εἰς τὸ ὄρος τὸ Ρέμωνα *projiciemini in Remnem*, montem ita dictum in Samaria, quemadmodum Romæ Latino flexu collis ille *Romon* seu *Rumon* appellatus, unde ficus *Rominá*, & *Ruminalis*.

Non omittenda, quæ notat Drusius ad hunc locum: vox illa quæ alibi sæpe רומן seu רומן hic
le-

Πειραμα. Ubi nonnulli
 reposituerunt
 emendare li-
 : Eusebio de locis:
 Πειραμα. Ubi nonnulli
 Δαφνιά. Ubi nonnulli
 Remina mons
 Remanem in Ar-
 Demus: in libris Re-
 . Ubi cum recte
 reus moneat hoc no-
 : in memoria lapsus
 dendum Amoso, apud
 , occurrit. Legitur
 Remina in aliqui-
 . Certe melior ver-
 & Hebraicae voculae
 az, quam affert Eu-
 , quam lectionem
 , moleste non fe-
 , cum π N non sit
 cum π scriptum
 , ut opus
 vere Hebraeam,
 . Legendum igitur
 projiciemini in Re-
 , quemadmodum
 seu Rumon ap-
 t. Reminalis.
 Drusus ad hunc co-
 : π N seu π N h
 k.

legitur **רמון** : putat igitur, hanc differentiā inter
 duas hasce. **ρήσεις** intercedere, ut altera sit *palatium*,
 altera *palatii supellex*. Sed miror virum Hebraice do-
 ctissimum non vidisse illud **π** additum, ut *motum ad
 locum* denotaret, ut Hebræis solemne est, & notum vel
 e Grammaticis rudimentis. Quo etiam satis confutan-
 tur ii, qui vertunt, *dejicietis palatium*, cum omnino ver-
 tendum sit, *projiciemini in Palatium*, seu montem *Pa-
 latinum* (libet *Rumonem* in Samaria *Palatinum* appel-
 lare, ut Romæ *Palatinus* dictus est *Rumon*.) Mons autem
 hic, de quo loquimur, omnino infertilissimus fuerit ne-
 cesse est, cum in eum vaccas deportandas fore Prophe-
 ta minitetur: *Vaccæ Basan*, inquit, seu *Vaccæ pingues*
 (*Basan* regio Arabiæ fertilissima, atque armentis pascen-
 dis aptissima; unde vaccæ quæcumque pingues, *Vaccæ
 Basan* dicuntur a propheta, ut *tauri Basan* a psalmogra-
 pho 22. 12.) *Vaccæ Basan nunc estis in montibus Sama-
 riæ, & dicitis: afferte, & bibamus: veniet dies, cum
 in Rumonem projiciemini*. Ita etiam tota sibi constat
 de vaccis *Basan* *αλληγορία*, quam illæ de *palatio*, &
palatii supellectile versiones misere depravabant.

Vides autem, quo nos duxerit unius voculae ori-
 ginatio! contemnunt hæc tamen scioli, veluti ridicula
 Grammaticorum deliramenta: quasi in tanta veterum
 antiquitatum obscuritate lucem aliunde melius, quam
 ex hujusmodi etymis sperare fas sit. Sed ita est,
ut videantur sapere, Cælum vituperant isti, qui ea sæpe
 contemnere gaudent, quo aspirare non possunt. Mi-
 feret me hujusmodi hominum, qui ingentia volumi-
 na sine ullis criticæ artis adminiculis confarcientes,
 ad hoc nati, potissimum videntur, ut veteres aucto-
 res corrumpant foede, atque depravent. Sed, imago eorum

rum miseret; qui sacrarum litterarum interpretationem impudenter tractant vix mediocri Latinæ linguæ cognitione imbuti, parva Græcæ, Hebrææ autem nulla; vel ea tantum, qua nil præterea audent, quam quæ ab importunissimis vocalibus signis, quæ sunt commenta Rabbinorum, didicerunt: ita ut longe melius sit Hebraice nescire, quam tam male scire, ut nostri isti Rabbinorum sectatores.

Atque hæc quidem, quæ adhuc tam fuscè de *Ficu Ruminali* profecuti hic sumus; satis vel curiosis etiam esse quirent. Non possum tamen, quin *Ficus Ruminalis* $\sigma\chi\eta\mu\alpha$ hic apponam, quod exhibet numisma gentis Pompejæ apud Ursinum, atque aliud incertum, rariusque apud Spanhemium p. 337. t. I. dissert. 4. de usu, & præstantia numismatum, quod hic etiam e re nostra imprimere visum est.



Martium etiam picum arbori insidentem exhibet præterea aliud numisma apud Morellium in gente Pompeja, qui picus in hoc, quod ex Spanhemio attulimus, non apparet. Imò doctissimus Havercampus ad Morellium suo in denario clare tres aves conspici affirmat, cum ceteroquin unius pici Martii mentionem faciant veteres Hi-

sto-

storici, & Poeta
de his scripti
id, qui dicitur
scilicet d' Aor
quodam dicitur
etiam in
ris ibi jacentibus
custodientem,
animalia sacra
lunt, & honoran
ts ex Marte se p
vidius l. 3. Fast.
Lacte quis in

Et picum

Atque ita etiam
fomnum pluribus
ramos in numis
gulas ramis appo

Ceterum haec

& puerorum lacte
tractam simulacro
itio ad Ficum,
vera visibatur:

inventa est Lupa
lo ex are juxta d
rundam foenerato
condita CCCCLV

et testatur Livius
& Q. Ogulii
diem inveniunt, quo
publicum redactum

mensurarum viginti

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



mine cum quadrigis; & ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus Lupæ posuerunt, semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt.

IV. Eandem Ruminalem Ficum ære incisam cum sæ multos enixa foetus in hoc Adriani nummo signari credidit Ericius:



sed immane quantum a veritate aberrat vir cetera non indoctus: quid enim ad Ruminalem ficum scrofa illa cum foetibus? ut omittam hujus arboris σχηµα longius a priori illo distare, ut unam eandemque arborem in utroque repræsentari credi possit. Melius igitur alii ilicem hanc esse existimant, quam Helenus l. 3. *Æneid.* reperturum prope Tiberim Æneam, ibique Urbem erecturum olim præfagivit: & Tiberinus ipse *Æn.* 8. ad Æneam v. 42.

Jamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,

Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus

Alba solo recubans, albi circum ubera nati:

Hic

Hic locu

Ex quo,

Ascanius

Et paulo infr

tur Æneas v

Ecce aut

Candida

Procubui

Ubi recte qui

esse intelligend

advertit, qui

ibi urbem fore

bus inter ilices

littus nobis Vir

rit in loco nec

berim umquam

Plerique

terem *Albam*

cupatum; quo

rumque posterid

tur. Hodie pro

cola veterem

esse, uti etiam

lapidem impor

cum triginta po

terum si *Albam*

quinam in Tibe

millia passuum

via Appia situm

Italia antiqua A

gus puat, quov

sententiam tuent

*Hic locus Urbis erit, requies ea certa laborum:
Ex quo, terdenis Urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.*

Et paulo infra dum Nymphas, Tiberimque precaretur Æneās v.80.

*Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum,
Candida per Sylvam cum foetu concolor albo
Procubuit, viridique in littore conspicitur sus.*

Ubi recte quidem Servius admonet *littus Tiberis* hic esse intelligendum: sed nemo adhuc, quem sciam, animadvertit, quid Poetæ in mentem venerit, dum ait ibi urbem fore ædificandam; ubi sus illa cum foetibus inter ilices jacebat. Nam cum fuem ad Tiberis littus nobis Virgilius obtrudat, *Alba* etiam eodem fuerit in loco necessum est: sed quis *Albam* propè Tiberim umquam collocavit?

Plerique recentiorum eruditorum opinantur veterem *Albam* fuisse, ubi nunc oppidum *Albano* nuncupatum; quod quidem Servii, & Eutropii, aliorumque posterioris ætatis auctoribus probare conantur. Hodie pro certo adeo habent *Albani* oppidi incolæ veterem illam *Albam* longam suum oppidum esse, uti etiam in porta, quæ Romam versus ducit, lapidem imponi curaverint, in quo scrofam illam cum triginta porcellis incidere non dubitarunt. Ceterum si *Albam*, ubi nunc *Albano* fuisse dicemus; quinam in Tiberis littore esse poterit, cum duodecim millia passuum longe a Roma *Albanum* oppidum in via Appia situm sit? Diligentissimus Cluverius in sua Italia antiqua *Albam* nunquam fuisse, quo loco vulgus putat, quovis pretio contendit. Qui contrariam sententiam tuentur, Livium potissimum antestantur, qui

l. i. c. 3. de Ascanio loquens; *Florentem, inquit, iam (ut tum res erant) atque opulentam urbem matri, seu novercæ reliquit, novamque ipse sub Albano monte condidit, quæ ab situ porrectæ in dorso urbis, Longa Alba appellata. Sed Cluverius urbem sub Albano monte merito in iis tumulis fuisse intelligit, qui inter Albanum montem, & lacum intercedunt, cujus sententiæ favet præ ceteris, Halicarnassæus, qui accuratissime urbis situm describens l. i. Alba, inquit, ἡνικα ὠκίετο, πρὸ ὄρει, καὶ λιμνῇ κατεσκέασθαι. τὸ μέσον ἐπεχρῶσα ἀμφοῖν. ἰκαρὴ ἢ ὡς περ τεύχη τῆς πόλεως ταῦτα δυσάλωτον αὐτῆν. τότε γὰρ ὄρει ἢ τοῖς πᾶσι σχυρὸν τε, καὶ ὑψηλὸν ἐστίν, ἢ τε λιμνῇ βατεῖα, καὶ μεγάλη. καὶ αὐτὴν διακλεισθαι ἀνοίγομενων ὑποδέχεται τὸ πεδίου ταμνύομενων, ὅπως βεβλῶνται, τῶν ἀνθρώπων τὸ ὕδωρ. quæ sic interpretaberis: cum edificaretur, apud montem, & lacum exstructa est, ita ut medium inter utrumque obtineret spatium, ac veluti muri uterque urbem tuebantur, ne facile caperetur: nam & mons admodum altus, ac natura munitus, & lacus profundus erat, ac magnus, ex quo reductis claustris in subjectos campos aquæ dispensantur, quantum ejus volunt incolæ. Ubi cum inter montem, & lacum Albam sitam dicat. Historicus ita quidem, ut quasi muris utrinque illis cingeretur, non alius certe urbi locus statuentus est præter eos tumulos, qui montem a lacu brevi spatio interpositi fecernunt. Ceterum an ideo propter Tiberim erit? imo longius fortasse hic locus distat, quam ille, ubi vulgo Albam fuisse opinantur. Quid igitur de Marone dicemus, qui suam prope Tiberim obtudit, Albamque ibi etiam ædificandam cecinit?*

Servius ad l. i. *Æneidos* vers. 2. *littus pro tota regione maritima sæpe a Poeta nostro usurpatum*

ob-

observat: ita A
cum tamen L
motum constat
cus urbis erit, is
& Alba longe
Tullius, qui
tantum esse de
re potest. (Celi
Digest. tit. 16.
maticis nostris,
cet, sub littoris
etiam, ut vult
piatur, quid hic
littore, cum La
set a mari? sed
pe inter se con
madverterunt:
inter se, quidq
gustam afferre co
auctorum loci, q
lum videretur.
Nec juvat
nim Δανυβίου οἰ
graphi verba ha
ἐστὶ πόλις ἐπὶ τῇ
Ρώμης ῥεῖ, καὶ ὁ
ακροῦ ὑπερκεῖται
καὶ δεξιῇ τῆς Ἀππίας
ἐστὶ, καὶ τὸ Ἀππίας
Appia urbs Aricia
notis agnoscit Ca
nerario ponat tan

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cavo, arce tamen natura loci munita: supra eam sita est Lavinium urbs Romanorum in dextro via Appiæ latere, unde & mare, & Antium conspici potest: hæc Strabo: ad quem locum bene Palmerius: Lege, inquit, meo periculo Λαυαβιον, nam Lavinium urbs non fuit in edito, sed ad maris littus, at Lanuvium fuit super Ariciam in edito. Hoc autem vel Strabonis ipsius auctoritate confirmare possum: eodem l. 5. p. 232. de maritimis urbibus Latinorum: πολις δ' επι θαλαττη μεν εισι των Λαυικων τα τε Ωσια . . . εξης δ' εσω αυτου, αλιμεν & ηδη αυτη πολις: ιδρυεται δ' επι πετραις διεχει δε των Ωσεων περι σζ σαδιων . . . αυτα μεστων δε τωτων των πολεων εσι Λαυινιον . . . ειτα Λαυρευτου, ad maris littus sita est urbs Latinorum Ostia: eam sequitur Antium urbs & ipsa importuosa saxis insita distans ab Ostia stadiis 260. in medio harum urbium est Lavinium, postea Laurentum. Quod si inter Ostia, & Antium Lavinium fuit, quinam supra Ariciam esse potuit, aut si jam ad maris littus, quid Strabo ineptissime adderet e Lavinio, & Antium, & mare conspici posse?

Ceterum, ut ad propositum revertamur, fac etiam VIII. milliaribus a mari Lavinium remotum fuisse, quid inde ad *ilices littoreas* l. 8. Æneidos? Mare ex vicinioribus oppidis nomen sæpissime accipit: Lavinium etiamsi procul esset a mari, cum propior mari tamen urbs nulla esset, ex illa nomen trahens, Lavinium mare; ut & Lavinia littora merito dici poterat. Sed an ideo *ilices littoreæ* intelligentur etiam *ilices natæ* in summis montibus? Helenus l. 3. Æneam apertissime licet vaticinans adloquitur v. 389.

*Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam Al-
Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus*

Alba solo
Triginta c
Hic locus
Hic etiam, pu
littus pro tota
accipient sum
ineptire, licet
tor Lacerda, c
Quid inter
ad undam Tiber
nem nemo adhuc
hunc Poetam,
condum negligens
præsertim cum ali
portunius absurdu
cesse sit. Hanc e
inventæ ibi suis
se, quam Dii, c
sunt, nemo non
pellat, cum tam
ædificaverit: Strab
τε πατρ & του
ορει διεχοντις P
tem, & παρre μο
nium Albam condia
to a Roma, quan
bo, cujus sententi
Υγραων, & posteri
nam igitur ore do
quitur 2. Æneidos
Sacra, suosque
Hos cape fator

Alba solo recubans, albi circum ubera nati

Triginta capitum foetus enixa jacebit:

Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum.

Hic etiam, puto, Grammatici nostri, quemadmodum *littus* pro tota regione, *undam fluminis* pro montium accipient summitate. Sed nolo cum Servio amplius ineptire, licet ejus sententiæ doctus Maronis enarrator Lacerda, ceterique interpretes verbo adfensi sint.

Quid interim de Virgilio dicemus, qui *Albam* ad *undam Tiberis* locat? Certe eum excusandi rationem nemo adhuc criticorum reperire potuit: sed contra hunc Poetam, totius Romanæ antiquitatis promum condum negligentia, & incitiæ hic arguere quis audeat? præsertim cum aliud etiam, atque haud scio an longe importunius absurdum ex allatis Maronis versibus sequi necesse sit. Hanc enim urbem, quam ad *Tiberis ripam* ex inventæ ibi suis omine ædificandam canit, eam certo esse, quam Dii, oracula, vates Æneæ semper polliciti sunt, nemo non videt: at hanc *Albam* Virgilius appellat, cum tamen *Albam* Ascanius, non Æneas ædificaverit: Strabo l. 5. p. 229. Τῆστυ δὲ ΤΕΛΑΤΗΣΑΥΤΟΥ, καὶ τὸ πατρῶν, τὸν Ἀσκανίου Ἀλβανῶν κτιστῆν ἐν τῷ Ἀλβανῶν ὀρει διεχόντι τῆς Ρώμης τοσῆτον, ὅστυ καὶ Ἀρδεας, hoc autem, ὁ πατὴρ mortuo (Ænea, & patre Anchisa) *Ascanium* *Albam* condidisse ferunt in *Albano monte*, qui tantō a *Roma*, quanto ab *Ardea* spatō abest: hæc Strabo, cujus sententia & vetustiorum scriptorum, & συγχρονῶν, & posteriorum auctoritate confirmatur. Quoniam igitur ore dormientem Æneam Hector ita adloquitur 2. Æneidos v. 294.

Sacra, suosque tibi commendat Troja penates,

Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,

Magna pererrato statues quæ denique ponto :

Vana Hæctoris vaticinia : quando *Albam* non *Æneas* condidit , sed *Ascanius* , & quidem mortuo *Ænea* .

Verum in Romana historia nemo Virgilio nostro umquam accuratior fuit , qui licet & poeticas identidem fabellas admisceat , adeo tamen apte & opportunè hoc facit , ut veterem historiam illustret illis potius , quam obscuret . Sed boni interpretes ridiculis sæpè commentariis , dum aliorum scriptorum sententias cum Virgiliana historia satagunt componere , adeo omnia miscent & perturbant , ut nec lucem Poetæ aliquam afferant , & multas lectori tenebras offundant : ut in tota hac de *Alba* narratione factum est , de qua cum nihil fere habeat Virgilius , ipsi tamen tot tantaque undique congefferunt , ut novæ potius historiæ auctores , quam veteris enarratores esse videantur . Apponamus iterum Heleni vaticinium , quod paullo superius retulimus ; ex quo omnia isthæc pendent , de quibus nunc tam fuse disputamus :

Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam

Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus

Triginta capitum foetus enixa jacebit ,

Alba solo recubans , albi circum ubera nati :

Hic locus urbis erit , requies ea certa laborum .

Hic certe *Albam* nullam video : ad littus Tiberis urbem ædificaturum *Æneam* præcinit , sed non *Albam* .

Nec juvat locus alter , quem & supra attulimus ex 8. *Æneidos* , ubi suem sub littoreis ilicibus *Æneæ* ostendens Tiberinus inquit :

Hic locus Urbis erit , requies ea certa laborum ,

Ex quo , terdenis Urbem redeuntibus annis ,

Ascanius clari condet cognominis Albam .

Quis

Quis enim i
verſu ab illa
stremo? inven
berinus , Æ
hortatur , se
stea Ascaniu
pam Tiberis
ter se fueri
dem prope 2
altera Alba ſci
berim . Interpre
denis , &c. qual
fore laborum req
ſcarverit : ſed infr
bimus : nunc qu
gre efficies , ut
non appareant .

..... d
Inferretque
Albanique P
Ecce tibi statim
ſam ab Alba , ſic
Alba originem d
Albam ; ex qua
ga , & Poeta inc
Quid de iis dicam
atque illud unde
locutionem ! Roman
& Roma . Quis ta
cui eſt otium , inep
inſtituit adverſus
gunt , cum pro Rom

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



ti eum non facio, ut iam ejus confutandis argumentis vel minimum temporis momentum incassum teram.

Doctus & accuratus interpres Lacerda hæc commentatur ad 1. Æneidos v. 5. *Urbem Albam alii capiunt, male: nam hanc Ascanius condidit, non Æneas: sunt qui Romam, pessime: intelligit certe Lavinium: hanc enim Æneas condidit, ut Livius, Dionysius, & Æneas ipse l. 12.*

. *mibi mœnia Teucri*

Constituant, urbiq; dabit Lavinia nomen.

Hæc Lacerda: atque omnes inde libentissime in hanc partem interpretes; neque ullus adhuc, quem sciam, intercessit. Sed me alia omnia censentem non parva quidem causa movet, ut abeam in diversa. Urbs, quam tot Dii, & Deorum interpretes Æneæ, in Italia polliciti sunt, non alia certe intelligi potest, quam quæ prima in Italia ab Ænea fuerit ædificata. At *Lavinium* post longum contra Rutulos bellum conditum fuisse perhibetur: non igitur *Lavinium* fuit prima Trojanorum urbs in Italia: neque enim tam longo temporis spatio Trojanos urbe caruisse vero simile est: vix enim *Thraciam fatis ingressus inquit Æneas l. 3. statim in littore curvo mœnia prima locat: vix Curetum allabitur oris, etiam antequam naves subducerentur, muros optatæ urbis avidus molitur: quid fecisse putemus in Italia, postquam locum vere sibi promissum adiit, & a Tiberi ipso in somnis certus factus est? Sed & aliud, & longe majus hinc incommodum oritur, falsa scilicet omnia esse oracula, quæ Æneæ hanc urbem sæpe pollicentur: Hector 2. Æneid. v. 294.*

. *his mœnia quære,*

Magna pererrato statues quæ denique ponto.

At

At pererravit
prius quam lo
Arpyæ 3. Æn
Sed non
Quam co
Ambesas
Ergo post tar
miferi Trojan
pulerunt, eveni
lum tunc quide
nium. Helenus q
Ante O Tr
. Quam
Post hæc autem fe
carit: quod tamen
bellum etiam non
memorare: ante
at Dii, vates,
nisset, urbem con
bem quærere opus
vinium esse poterit
Vir multa
tig. aliam urbem
idque ex plurimi
ita Æneid. x. v. 2
. mui
Nascentis Tr
Sed quis non vide
tionem, qua Perg
janorum usurpat: I
Dum Latium I
Et Iuno ibidem:

At pererravit pontum, nec condidit *Lavinium*, nisi prius quam longum cum Rutulis bellum confecit: ita Arpyæ 3. *Æneidos*: v. 255.

*Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem,
Quam vos dira fames, nostræque injuria cædis
Ambefas subigat malis absumere mensas.*

Ergo post tam diram famem, tandem urbem condent miseri Trojani: at hoc statim, ac ad Tiberim appulerunt, evenisse patet ex *Æneid.* 7. v. 115. cum ne bellum tunc quidem esset, quo confecto, conditum. *Lavinium*. Helenus quoque 3. *Æneid.* v. 384.

*Ante & Trinacria lentandus remus in unda est &c.
... Quam tuta possis considerare terra.*

Post hæc autem sequitur, ut urbem tandem *Æneas* ædificarit: quod tamen, cum falsum sit, debuit certe Helenus bellum etiam non minus longo itinere laboriosum commemorare: *ante & longum iter, & bellum conficietis*: at Dii, vates, homines, statim ac ad Italiam pervenisset, urbem conditurum præcinerunt: aliam igitur urbem quærere opus erit, cum nullo unquam modo *Lavinium* esse poterit.

Vir multæ lectionis Philippus Cluverius *Ital. antiq.* aliam urbem *Trojam* scilicet nomine comminiscitur, idque ex plurimis ipsius Poetæ locis firmare conatur: ita *Æneid.* x. v. 25. Venus ad Junonem:

*... muris iterum imminet hostis
Nascentis Trojæ.*

Sed quis non videt hanc esse familiarem Poetæ locutionem, qua *Pergamum*, *Trojam*, &c. pro regno Trojanorum usurpat? Infra eadem Venus:

*Dum Latium Teucris, recidivaque Pergama quærunt.
Et Iuno ibidem:*

1 *Indignum est Italos Trojam circumdare flammis.*
 Sod nolo hic omnia recensere, quæ frustra congerit Cluverius, cum constet hæc eadem ratione dicta esse, ac alibi, *Ilium in Italiam portans, victosque Penates*, & l. i. v. 71. *Trojanam ex hostibus urbem*, *Qui revehis nobis* l. x. v. 36. cujusmodi loquendi genera in Maronis opere usque ad fastidium occurrunt.

V. Ceterum miror non parum fatalis istius urbis nomen silentio Virgilium involvisse, cum aliarum urbium, quas alibi Æneas erexerit, nomen diligentissime semper adnotarit. Sed quod Virgilius consulto præterit, explicare conatur Servius ad 7. v. 158. *Æneid. Scindum*, inquit, *civitatem; quam primo fecit Trojam dictam secundum Catonem, & Livium, quod & ipse indicat: nec te Troja capit.* Hæc verba ex 9. *Æneid. v. 644* petita eodem modo explicanda sunt, ac superiora illa, quæ male Cluverius intellexerat. Livius autem (quod & Catonem sensisse existimo) non primam Trojanorum urbem, sed totum Laurentem agrum *Trojam* fuisse appellatum narrat c. 4. l. 1. *Ab Sicilia Æneam classe Laurentem agrum tenuisse: Troja & huic loco nomen est.* Non igitur novæ ab Ænea urbis conditæ *Troja* nomen est: sed totus Laurentis agri tractus *Trojæ* nomine insignitus, quod & ad Livii tempora adhuc manserat.

Hinc Stephanus Byzantinus refert *Ardeam* quoque *Trojam* dictam esse: *Ἀρδεα, καὶ Τροία ἐλεγετο, ὡς Χαράξ*: *Ardea etiam Trojæ nomine dicebatur, ut refert Charax*: cui loco utpote nimis suspecto nemo tam imi lecti conviva existit, quin suam quoque symbolam præbuerit. Ingeniosa præ ceteris Holstenii conjectura, qui putat multa, ut sæpe accidit Step-
 no,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ωςίων, καὶ τὰ Τιβέρεως . . . ἡμιον[⊙] μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅσον ἐν τετταρσί, καὶ εἰκοσὶ σταδίοις κίσασι πόλιν· ἐπελθόντα δὲ Λατῶν τῶν τῶν Ἀβοριγίνων βασιλεῶν τῶν οἰκιστῶν τοῦ τοποῦ τούτου, ὅπως νῦν ἡ Ρώμη ἐστὶ, συμμαχοῖς χρησασθαι τοῖς περὶ τοῦ Αἰνείου ἐπὶ τῆς γειτοροῦντας Ράτιλλας τῆς Ἀρδεῶν κατεχούσας (σταδίοι δ' εἰσὶν ἀπὸ τῆς Ἀρδεῶν εἰς τὴν Ρώμην ρξ) νικησάντα δ' ἀπὸ τῆς θυγατρ[⊙] Λαβινίας ἐπωνυμίον κίσασι πλησίον πόλιν· πάλιν δὲ Ράτιλλων συμβαλοντων εἰς μάχην, τὸν μὲν Λατῶν πείθει, τὸν δὲ Αἰνείου νικησάντα βασιλεύσει, καὶ Λατῶν καλεῖται τῆς ὑφ' αὐτῶ· τῆς δὲ τελευτήσαντ[⊙], καὶ τὰ πατρ[⊙], τοῦ Ἀσκάνιον Ἀλβῶν κίσασι ἐν τῷ Ἀλβανῷ ὄρει διέχοντι τῆς Ρώμης τοσούτον, ὅσον καὶ Ἀρδεῶν, *fama est Æneam cum patre Anchisa, & filio Ascanio Laurentum appulisse prope Ostiam, & ad Tiberis ripam ad 24. stadia parum supra mare urbem condidisse: supervenisse Latinum regem Aboriginum, qui tum ea loca tenebant., ubi nunc Roma est; Æneæque auxilio usum contra vicinos Rutulos, qui Ardeam habitabant (stadia sunt ab Ardea Romam 160.) partaque victoria, Lavinium urbem Laviniae suæ cognominem possuisse. Rursus autem Rutulis acie congressis Latinum cecidisse, Æneam victorem regno potitum, subditis suis Latinorum nomen fecisse. Ænea porro, Anchisaque mortuis, Ascanium Albam condidisse in Albano monte, qui tanto a Roma, quanto ab Ardea abest spatium: hæc Strabo: vides autem hic urbem statim conditam ab Ænea, & quidem ad ripam Tiberis., ubi sus littoreis sub ilicibus inventa. Hanc Maro certe intelligebat, quod tamen non viderunt viri docti; licet non Geographus modo, sed Poeta ipse Æneid. 7. v. 157. Æneam statim; ac ad Tiberim appulit, urbem exstruxisse testetur: & ipse humili designat mœnia fossa.*

*Moliturque locum, primasque in litore sedes
Castrorum in morem pinnis, atque aggere cingit.*
atque hanc quidem indicat Tiberinus *Æneid.* 8. v. 46.

Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum.

Scio quid contra nasutuli, objicient, urbem scilicet jam conditam *Æneid.* 7. quinam ergo condendæ illius locum designari potuisse *Æneid.* 8. a Tiberino? qua fieri id potuit, paucis jam docebo. Vix Tiberina litora, tetigit *Æneas*, statim molitur urbis locum, & primas sedes in ipsa ripa fluminis ponit: ecce autem omnes contra novos hospites insurgunt, & magna vi hominum collecta, bello Italia eos expellere conantur. Tunc sanè dubitare *Æneam*, an regio quidem illa sit, quam Dii, eorumque oracula sibi polliciti fuerant. Ita eum *διωνυχια μερμηρίζοντα* levis sopor oppressit: & ecce in somnis Tiberinus, *Æneas*, inquit, hic tibi certa domus, ne belli terrere minis, jam enim Dii propitii sunt: persiste igitur, & perge, quam occæpisti, urbem exstruere: hunc enim locum esse sæpius a Diis tibi promissum, illa sus ostendet, quam sub ilice invenies: ne dubita, *hic locus urbis erit, requies ea certa laborum*, idest, omnino necesse est, ut hic sit locus tibi factus, destinatus, quemadmodum *το erit* explicari debet. Hæc est vera Tiberinæ ad *Æneam* orationis enarratio, ut statim omnibus manifestum fiet, qui integrum locum, attente perlegerint.

Sed quod, malum, huic urbi nomen erit? Equidem cum nec Strabo, nec Virgilius, nec veterum ullus illud adnotaverit, quod plane fuerit, juxta cum ignarissimis scio. Quod si tamen conjecturis agendum, non aliud eam, quam *Albam* nomen habuisse suspicarer, ut ex male adhuc intellectis Tiberini verbis plane mi-

hi videor collegisse 8. *Æneid.* v. 42.

*Jamque tibi ne vana putes, hæc fingere somnum,
Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus
Triginta caputum foetus enixa jacebit,
Alba solo recubans, albi circum ubera nati,
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum,
Ex quo, terdenis urbem redeuntibus annis,
Ascanius clari condet cognominis Albam.*

Cujus loci sententia hæc certe esse debet: jam sus alba sub ilice inventa est: hic urbem struere debes ex suis omine *Albam*: ex quo: (idest ob cujus rei memoriam), Ascanius novam urbem triginta post annis conditurus, eam *Albam* etiam nuncupabit. Animadvertè, quænam oculis illis, *clari cognominis* vis insit. *Andromache* 3. *Æneid.* de Heleno ad *Æneam* v. 333.

*Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit.*
Eodem l. 3. v. 132.

*Ergo avidus muros optatæ molior urbis,
Pergameamque voco, & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos.*

idest gentem lætam, eo quod nomen cum Troja commune haberet. Et l. 6. v. 382. de Palinuro, cui *Æneas* promontorium suo nomine decoraturum pollicetur:

*His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terræ.*

idest terra, cui nomen cum Palinuro commune foret. Ubi alii legunt *cognomine terra*, ut sit ex adjectivo *cognominis*, nihil moror; illud tantum monuisse sat est *cognomen* apud Virgilium præsertim, non semper esse simpliciter nomen ab eventu impositum, ut putant Le-

xico-

xicographi: sed cum alio commu- est, qui suum n- atque locis explicandu c. 3. de Regib creat, is deinde stea omnibus cog- Hæc profes- tur, & totam hæ- fare poterunt: q- Poeta aliquo, sec- rone de R. R. l. 2- peperit albos: itaq- ut Lavinenses cog- c. 4. Oppidum L- latum: hinc post- id ab sue Alba- fugisset Lavinium post Lavinium con- pter colorem suis- Hæc atque alia h- sum Hal., & al- tamen comment- excogitari poterat- pam Tiberis *Æne-* & multa etiam ab- natione sequi nece- Tiberis invenit *Æ-* urbem condit in- omine appellat, q- ripam Tiberis inve-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



constare queunt? Ut: rectò igitur talo stet hæc fabula; sic agendum erit, ut sue, *alba* prope Tiberim inventa, urbem ibi Æneas ædificarit; *Albamque* e suis omnine appellarit!: postea novam urbem exstruxerit uxoris nomine *Lavinium*: ex qua crescente in dies multitudine, coloniam ducturus *Ascanius* novam urbem erexerit, quam memor primæ urbis a patre conditæ *Albæ* etiam nomine, addens: *διακριτικὸν Longæ*, decorarit. Ita igitur hæc omnia componenda sunt, vel certe ita veteribus Latinis disponenda fuerant: qui ceteroquin, licet parcius, quam Græci, fabulas suis annalibus immisceant, eas tamen & longe ineptiores, & vero minus similiore sæpe, quam Græcorum satis adhuc experti sumus.

Nam certe & hoc malevolenti genio a Romanis Poetis excogitatum fuit, urbem scilicet *Albam* appellatam, eo quod ibi *albam* suem invenerit Æneas: quod ineptissimum commentum miror Virgilium tam libenter amplexum esse, cum alii id tantum narrent, urbem nempe conditam, ubi sus inventa est, non etiam dictam *Albam*, quod sus *alba* cum foetibus fuerit. Hinc non possum, quin magnopere læter doctissimum Poetarum Lycophronem in *Cassandra* v. 1256 dum de hac *sue* loquitur, ex tot Græcorum epithetorum: copia consulto *κελευλιῦ* selegisse, & *suem nigram* appellasse: quod frustra a Tzetze, Meursio, ceterisque reprehenditur, cum id dedita opera fecerit Poeta. . Integrum Lycophronis locum de hac re omnium obscurissimum male a Tzetze, Meursio, ceterisque omnibus intellectum facile, & erudite explicare conatus est vir doctus Theodorus Rychius in sua *διακρίσει de primis Italiae colonis*, quæ in calce Stephani Byzantini in nobili Berchelii editione excusa est,

est, quem tantum intactum fabula omnino: VI. Nam quæ runt, urbes, ne insignita? ria usque cel quam amoenitatis notione nat 27: parentissimi, qui eodem dicti sunt. Τὴν Κρήνην γένω φακοῖς καλεῖται: καὶ αὐτῶν εἶναι: 33. Maximeque cant, summisque ut legit e veterem quem adeas multos Albos montes fuisse vium candorem. Alpes ita appellationibus *alpinum*, nanus in primoribus *alpinum*, si altitudinem quovis men, unde in Græco Isidorum l. 12. in montes *alpi*, appellant, id est Vossio teste in eruditio sic dictos quasi al-

est, quem tamen miror hoc quod agimus, argumentum intactum nobis reliquisse. Sed tota hæc de *Alba* fabula omnino iratis Diis ex Romanorum prodidit officina.

VI. Nam quot per totum terrarum orbem loca occurrunt, urbes, montes, flumina, promontoria, hoc nomine insignita? Jam primum obvius se fert nobis a Syria usque celeberrimus non minus ob magnitudinem, quam amœnitatem mons *Libanus*, qui ex Palæstini idiomatis notione idem est, ac mons *Albus*, hoc enim sonat \aleph : parem fortunam nacti montes Cretæ notissimi, qui eodem modo $\lambda\delta\kappa\alpha$ $\omicron\rho\eta$; *albi montes* Græcis dicti sunt. Theophrastus l. 4. c. 1. *Histor. Plant.* *Εν Κρητη γεννω φασιν εν τοις Ιδαοις ορεισι, και εν τοις Λακοις καλεμενοις επι των ακρων, ἕπερ εδεποτε επιλειπει χιων, κυπαριττον ειναι*: quæ verba transtulit Plinius l. 76. c. 33. *Maximeque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque in iis, unde nives nunquam absunt, ut legit e veteri codice Salmasius in Solinum c. XI. quem adeas multis Solinum refellentem, qui putavit Albos montes fuisse Dictynnæum, & Cadistum. Ob nivium candorem, quæ nunquam illinc absunt, etiam Alpes ita appellatas vult Festus: idem enim fuisse veteribus *alpum*, quam posteris *album*. Georgius Buchananus in primordiis suæ Anglicæ Historiæ arbitratur antiquis *album*, sive *alpum* non colorem tantum, sed altitudinem quoque denotasse, atque hinc *Alpibus* nomen, unde in Glossis legitur: *Alpes, ορη ὑψηλα*, & apud Isidorum l. 14. c. 8. *Gallorum lingua Alpes vocantur montes alti*, hodieque Belgæ eas *Blik*, vel *Blic* appellant, idest *albos*: *albicare* enim est iis *ablichen*, Vossio teste in etymologico: qui verius putat *Alpes* sic dictos quasi *alberg*, idest *omnino montes*: a cujus*

fen-

sententia me discedere cogit, tum etymi durities, tum *albi* nomen, quod cum tot aliis locis apud omnes nationes tributum fuerit, his quoque montibus eadem ratione inditum facile sibi quisque persuadebit.

Sed & legimus vicum *Αλπιον* apud Lacones celeberrimum ob templum *Αθηνας οφθαλμιδος*; *Minervæ oculatæ*, a Lycurgo dedicatum, postquam ei alterum oculum excussit Alcander, cui leges a Lycurgo latæ minime placebant: adeatur Pausanias l. 3. c. 19. Britannia etiam veteribus *Albion* dicta est, non ab *Albione* Neptuni filio, ut vulgus fabulatur, sed eadem ratione, ac *Ἰβλ*, & *Λαλα ορη*, & *Alpes*, & *Alba*; quod clarius ex eo patet, quod Orpheus in Argonauticis Angliam *λαχαιον χερσον*, *albam insulam*, appellat: hodie etiam Scoti se vocant *Albinik*, suamque regionem *Albin*.

Sed qua potissimum de causa *alba* hæc loca veteres nuncuparint, juxta cum Davo intelligo, nisi verum sit, quod contendit Buchananus *album* antiquis non colorem tantum, sed altitudinem quoque denotasse: qui licet nulla veterum auctoritate, nullo præterea aliorum locorum exemplo eam sententiam firmet: satis tamen id evincere ego potis essem ex supra allatis aliorum locorum nominibus, atque aliis etiam, quæ ne tædium legentibus afferant potius, quam utilitatem, consulto præteream. Illud autem ad rem faciet, quod me in Homero deprehendisse lætor, eum scilicet montibus sæpe hoc *albi* epithetum tribuisse, ut clare vel ex sola Bœotia apparet; ubi v. 154.

Οἱ Κνωσσου τ' εἶχον, Γορτυνατε τειχιόεσσον,
Λυκτον, Μιλητον τε, καὶ ἀργινοεντα Λυκασον.

Qui Cnossumque tenebant, Gortynaque bene cincta
mœnibus,

Ly-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

καλεομενοις, η ποταμον Μαρτυνην, certiores facti Ca-
res conveniunt ad columnas albas dictas, & flumen
Marsyam. Idem auctor in Thalia p. 91. memorat
apud Persas λευκον τειχος, album murum dictum, & in
Polymnia p. 25. λευκην ακτην καλεομενην της Θρηικης, album
dictam maritimam Thraciae oram testatur. Sed & Album
Africæ promontorium Plinio, in proœm l. 3. quod a
Melliaria Hispaniæ vico fretum 15. m. pass. fecernit, &
Album etiam promontorium in Phœnicia apud Ecdip-
pan urbem inter Tyrum, & Ptolemaidem, nunc di-
ctum Capo Scandalio, & Alburnus, monte della Pe-
rina in Lucania, aliaque non pauca ejusdem nomi-
nis, quæ silentio hic involvam; satis habens monuif-
se albi nomen non Tiberino tantum flumini attri-
butum, sed & nobili Germaniæ fluvio, nunc L'Elba
vulgo nuncupato, quem veteres Albim appellabant.
Solinus c. 20. De internis ejus partibus Albis, Gutbalus,
Vistula amnes latissimi præcipitant in Oceanum. Aliter
inflectit hanc vocem Albim Spartianus in vita Julia-
ni: Germaniæ populis, qui Album fluvium accolunt:
diverse etiam Vopiscus in Probo: Reliquias ultra Nica-
rum fluvium, & Albam removit: ita enim in veteri-
bus libris, & mss. constanter legi testatur oculatus te-
stis Salmasius ad cit. loc. in Sohn. non Albim, ut vul-
gatæ editiones posuerunt. Quibus locis multa lux Ste-
phano Byzantino infertur; qui Tiberim Albam appel-
latum dicit: Εστι η ποταμος Αλβας, ο νυν Τιβερις λεγο-
μενος, Τιβεριως του βασιλεως εν αυτω θανουτος λεγεται η
Αλβη, est & fluvius Albas, qui nunc Tiberis dicitur
a Tiberino rege ibi mortuo: dicitur & Alba: qui lo-
cus omnibus Criticis suspectissimus habitus est, eo
quod nemo Albam Tiberim vocarit, sed omnes sem-
per

per *Albulam*, præter Stephanum, in quo ideo Αλβυλων reponendum esse contendit post Cluverium doctissimus Berchelius, & verba illa λεγεται η Αλβη, dicitur etiam *Alba*, ad urbem, non ad Tiberim refert importunius Αλβυλος aliqui excuderunt, quod nec Græcum, nec Latinum est, & ita legitur apud Eustathium in Dionysii periegesin. v. 350. Και ο Τιβερις Αλβουλος ποτε καλουμενος · verum in notis ad Eustathium testatur Henricus Stephanus in pluribus codicibus legi Αλβας, uti apud Ethnographum Byzantinum. Quibus auctoritatum momentis adductus nihil temere innovandum in Stephano præcipio: etenim in tanta veterum librorum jactura quis se nobis vadem sistat, neminem præter Stephanum hoc usurpasse? Omnino ut *Alba*, & *Albis* Germaniæ flumen dictum est, ita etiam Tiberis *Albas*, & *Alba* dici potuit unde legendum, Τιβερις λεγομενος Αλβας · λεγεται η Αλβη. Ovidius, Virgilius, aliique Tiberim olim *Albulam* nuncupatum referunt, contra Stephanus *Albam*: utroque enim nomine insignitum fuit. Condita nempe urbe *Alba* ad ripas Tiberis, flumen illac transiens *Alba* etiam dictum est: sed postquam nova jam urbe, & longe splendidiori ab Ascanio *Albæ* quoque nomine ædificata, prima illa urbs *parva Alba*, ut fieri solet, & *Albula* appellari cœpit, tunc Tiberis nomen ex illa quoque *Albulæ* sumfit. Quæ nostra quidem conjectura, & Stephanum juvat, & ab illo vicissim adjuvatur, & mire cum iis congruit, quæ supra de *Alba*, & *Albula* fufe disputavimus.

Sed quid in nostris conjecturis immoramur, cum aperte etiam Diodorus Siculus apud Syncellum *Venet. edit.* p. 194. Tiberim *Albam* dictum asseveret? En verba optimi polyhistoris: Τηνδ' αρχη διαδεξαμενος Α-

σκανίος υἱος εκτίσεν Ἀλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λογγαν ,
 ἣν ὠνομασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἀλβα καλου-
 μένου, νῦν δὲ Τιβέρις ὀνομαζομένου, *imperium suscipiens A-*
scanius filius Albam condidit, cui nunc cognomen Longa,
quam sic appellavit ex flumine, quod tunc quidem Alba,
nunc vero Tiberis appellatur. Nec de hujus loci lectio-
 ne dubitandum, cum ipsemet Syncellus p. 147. ea-
 dem habeat, ac Diodorus: Λατινῶν ἰ. βασιλευσσε Τιβέριος
 ἐστὶν ἡ αὐτῆς τοῦδε κόσμου ὀφθαλμοῦ ποταμὸς Τιβέριος προσηγορευθῆ,
 ὁ πρὶν Ἀλβας καλούμενος, *Latinorum Rex X. Tiberius annis*
51. mundi vero 4581. ab eo fluvius Tiberis appella-
tus, qui prius Albas dicebatur. Doctissimus, & κριτικω-
 τάτος vir Petrus Wesselingius in suis ad Diodori frag-
 menta adnotationibus, tum in exaratis, tum in mss. li-
 bris omnibus, etiam apud Eustathium in citat. loc. Dio-
 nyf. constanter legi *Albam* affirmat: unde acriter Cluve-
 rium, & Berchelium reprehendit, qui Ἀλβουλαν in Ste-
 phano reponendum censent: neque enim statim men-
 dum librariorum judicandum, quod rarum in aliquo
 scriptore occurrat. Subdit autem vir incomparabilis:
Id vero unde Diodorus acceperit, Albam Longam a Ti-
beris, cui tunc Albæ nomen, fuisse cognominatam, nescio:
præsertim cum urbs illi fluvio non accubaret, stadiis fer-
me cxx ab eo distincta, teste Dionys. l. i. p. 65. Hæc
 certe non adeo admiraretur Wesselingius, si nostrum
 de *Alba συσημα* suboluisse. Omnino *Albam Longam*
 dictam *Albam* ex *Alba* flumine, quod cxx stadiis ab
 ea distabat, ridiculum est. Male igitur Diodorus, li-
 cet Latinis longe hac in fabula accuratior, male in-
 quam hæc ex vetustis annalibus exposuit, in quibus
 cum *Albam* ita dictam ex *Alba* flumine invenisset,
 putavit hoc de *Alba Longa* intelligendum, cum ta-
 men

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



fertationes complectens , Romæ proximo anno excu-
 sum , in lucem prodit : continuo sibi eas parare satagit
 vir harum cupediarum , si quis umquam , amantissimus ,
 privata licet umbra semper quiescere , aliosque hac in
 arena certantes spectare satius duxerit , Agnellus , in-
 quam , Piscopus , qui statim quæ sua humanitas est ,
 sponte illud nobis afferri jubet , monens etiam , ut octa-
 vam dissertationem Petri Lucatellii , viri in Litteraria
 Republ. satis noti , & cui merito Musæi Capitolini cu-
 stodiam mandatam omnes συγχαιρουσι , diligentius evol-
 verem , si quid forte inde in rem meam depromere
 opus esset . Vix lemma opusculo appositum inspicio
Dell' antica Città di Lavinio , cum avidissime in illud
 feror , totumque brevi devorandum suscipio , sperans
 certe tot nodos , qui in hac veteri historia occurrunt ,
 felicius a tam docto & spectato viro , quam a par-
 vælectionis adolescente solvi potuisse . Sed vanam ,
 quæ me lactaverat , spem frustratam tandem invi-
 tus agnovi , ut totam viri docti Exercitationem at-
 tente perlegi , non quod minus quidem ibi , quam so-
 let , accurate rem tractaverit Lucatellius , sed quod vix
 summis labris hanc , de qua agimus , quæstionem de-
 libans , in eo totus est , ut veteris *Lavinii* situm inve-
 stiget . Quod quidem argumentum , longius licet a no-
 stræ dissertationis ὑποθεσει distet , tamen cum paullo
 superius , dum forte Strabonis locum illustrare perge-
 remus , nos etiam e re nata pauca de *Lavinii* situ com-
 mentati simus , & nostris nunc contraria doceat in sua
 dissertatione Lucatellius : operæ pretium me facturum
 arbitror , si paucis hic ea edisseram , quæ mihi in ejus
 opusculo majori adhuc probatione indigere visa sunt .
 Quæ quidem si vero similioribus conjecturis , solidioribus-
 que

que auctoritatibus firmaverit Lucatellius; haud ægre in
ejus sententiam pedibus me iturum spondeo.:

Primum quidem *Lavinium* in colle 24 stadiis a
mari remotum ponit: inde eo in loco fuisse decernit,
quo nunc *Patrica*, quæ & ipsa 24 stadiis, seu tribus
passuum mill. a mari distat: tum multa, quæ de *La-*
vinio habent veteres, *Patricæ* accommodare conatur.
Hæc, atque alia quæ ibi affert vir doctus, falsa esse
omnino necesse est, cum falsum illud sit *Lavinium*
fuisse in colle 24 stadiis longe a mari, unde totum
συσημα pendet Lucatellianum. Miror multæ lectionis
virum dum γεογραφουµενα hæc tractat, minime Geo-
graphorum oraculum Strabonem consuluisse, qui *La-*
vinium collocat *ad maris littus*, uti & Ostiam, & Antium,
quarum in medio urbium *Lavinium* fuit: locum Stra-
bonis paullo superius a nobis: relatum habes p. 96.
Non potest igitur *Lavinium* esse *Patrica*, quæ 24 sta-
diis a mari distat, ipsomet fatente Lucatellio: sed unde
nam hausit vir doctus *Lavinium* a mari remotum tri-
bus passuum millibus fuisse? Fortasse ductus est a ver-
bis Strabonis l. 5. p. 229. quæ supra attulimus p. 103.
ubi urbem, quam primus Æneas in Italia ædificavit,
24 stadiis longe a littore fuisse narrat: Φάσι δε Αινειῶν
μετὰ τοῦ πατρὸς Ἀγχιστοῦ, καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου καταραν-
τὰ εἰς Λαυρεντόν πλησίον τῶν Ὠσέων, καὶ τοῦ Τιβερέως ἡϊονος
μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅσον ἐν τετταρτῇ καὶ εἰκοσι ἑξα-
δίοις, κτισθαι πόλιν, *fama est Æneam cum Patre An-*
chise, & filio Ascanio Laurentum appulisse prope Ostiam,
& ad Tiberis ripam ad 24 stadia supra mare urbem
condidisse: ita hæc vertunt Strabonis interpretes, sed
quam recte, ipsi viderint: locutiones illæ ὑπὲρ θαλάτ-
της apud Græcos, & *supra mare* apud Latinos non eam
vim

vim habent, ut *longe a mari* denotent, sed *urbs supra mare*, & ὑπερ θαλαττης est *urbs immines in æquor*, quæve in mare etiam brachia tendat: contrarium est ἀπο της θαλαττης, *longe a mari*, ut videre licet in his etiam Strabonis locis, quos supra attulimus, ubi de *Lanuvio*, & *Lavinio* agebamus p. 95. Nolim hic pro certo asserere vocem ὑπερ nunquam apud Strabonem *longe* denotare: sat enim meminī, quæ in contrarium docet Salmasius in Plinianis: quæ quidem licet facile confutari possint, cum tamen nec me nunc id facere locus patiat, nec alius adhuc confutaverit, habeat certe ὑπερ duplicem notionem, donec aliquis exstiterit, qui hanc significantiam, quo jure quaque injuria τῷ ὑπερ tributam eripiat. Illud certe inficiari nemo poterit sæpissime ὑπερ θαλαττης esse apud Strabonem idem ac *imminens in mare*, & plus quam ἐπι θαλαττης, quod est simpliciter *ad littus*. Sic igitur Geographi verba intelligenda sunt Æneam condidisse urbem μικρον υπερ της θαλαττης *parum mari imminentem*, tantum autem spatium hanc urbem occupasse, ὅσον εν τετταρσι κ, εικοσι σταδιοις, *quantum viginti quatuor stadia comprehendunt*. Aliorum ab hac diversa interpretationes satis confutat illud, urbem scilicet fuisse prope *Ostiam*, tum μικρον illud, quod, si ὑπερ *longe* explices, ægre cum 24 *stadiis* componas; tum ὅσον εν, quod alium sensum vix recipere poterit.

Miror autem non parum nostri ævi decus eruditissimum Mazochium ex eo quod legerit apud Strabonem *Heracleam* fuisse μικρον υπερ της θαλαττης, statim invitis omnibus auctoribus, decrevisse urbem illam fuisse *longe a mari duobus ferme millibus*, cum Strabo non solum *Heracleam* ad maris littus collocet, sed etiam plurimam
ejus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nens, ita de *Lavinio* verba facit, quasi *Laurentum*, & *Lavinium* idem fuerint, ac nemo id adhuc in dubium revocaverit. Quid vero si sibi ipse contraria frontibus adversis componere conatur? vestibulum ante ipsum Dissertationis, *Laurentum* fuisse etiam antiquius Latino rege, & *Æneæ* in Italiam adventu evincere contendit: at si *Laurentum* fuit ante *Latinum*, & *Æneam*, quinam postea *Æneas*, ipsomet fatente *Lucatellio*, *Lavinium* exstruere potuit, cum *Lavinium* idem fuerit, ac *Laurentum*, quod jam etiam si Diis placet, ante lacrymosa Trojæ funera exstiterat? An igitur *Lavinium* cum *Lanuvio* confundit, quod certe fuit supra *Ariciam* in edito loco?

Sed magis verosimile est *Laurentum*, & *Lavinium* miscuisse, cum omnia fere quæ de *Laurento* habent veteres, *Lavinio* ipse tribuat, atque inde *Patricæ* pergat accommodare. Quid plura? non tanti res quidem est, sed vide fodes, & consule accuratissimum *Lexicon του πανν* *Jacobi Facciolati*: ibi autem invenies *Lavinium* esse *Città Lavinia* (male autem ejus situm describit ex *Servio*, qui γεογραφουµενα hæc vix summis labris degustaverat, sed quis plura in *Lexicis* requirat?) *Lanuvium* autem esse *Città Indovina*, *Laurentum* deinum ubi nunc *Patrica* :, rem certo jucundissimam, qua nos beavit doctissimus *Facciolatus*. En tibi totum *Lucatellii συνηµα* quo fulcro potissimum nitatur. *Patrica* est *Laurentum*: quæ vero de *Laurento* habent veteres, ipse quo jure quaque injuria tribuit *Lavinio*: *Lavinium* igitur, & *Laurentum*, si unum fuerit, & *Patricam Lavinium* esse necessum est: certe nihil argutius, & pressius dici poterat. Sed antequam *Lavinium Patricam* fuisse fateamur, doceat nos oportet *Lucatellius*,

lius, *Laurentum*, *Lavinium*, *Lanuvium* idem esse: quod si fecerit, libenter herbam porrigam viro docto. Verum amice moneo clarissimum Lucatellium, ne Latium isto modo populare urbibus pergat: quid enim binas ex una *Alba* facere nos juvat, si contra ex tribus unam ipse urbem componere conatur? Nunc autem, donec *Lavinium*, *Laurentum*, & *Lanuvium* idem, unumque esse ostendet, ipsam opusculi επιγραφην in melius mutari velim, & pro illa, *Dell'antica Città di Lavinio* aptius, & opportunius apponere, *Dell'antica Città di Laurento*.

Atque hæc quidem de *Lavinio*. Miror autem virum clarissimum, dum multa vetustiora affert monumenta, quæ suam cum foetibus exprimunt, pulcherrimi numismatis oblitum, quod supra pag. 92. accurate nos effingi curavimus. Quod autem affert ex Montfauconio *Antiq. Expl.* p. 159. vol. 2. semper mihi vel suspensissimum est habitum: ædificium ξενοισι λιθοισι τευχόμενον exhibet numisma; & superiori portæ limini cum foetibus suam insidentem. Quid hoc quæso? an suis imaginem illam repræsentat, quam Lavinii in publico fuisse monumento quam plurimi testantur, & jam prædixerat Lycophronis Cassandra v. 1258. sed vide fides: novo architectonicis ordine, ædificio illi in arcis modum extructo templum impositum est, ante fores templi ara, inde *Æneas* cum patre *Anchisa* filii humeris innixo, quid tum? non aliter ac pictor ille Horatianus cupressum etiam in mediis fluctibus, sic ibi sculptor *Laurum* effinxit. Hæc edisserat velim Lucatellius, & esto mihi vel magnus Apollo. *Lavinium*, sus super Lavinii porta, *Templum*, *ara*, *Æneas* importunissime hic cum Patre *Anchisa*, & *Laurus*, & si quæ præ-

præterea sunt, quæ ibi simul conjuncta cernere erit.
 Heu! *quid non speremus amantes? jungentur jam gryphes equis: exspecto ut etiam aliquando*

Cum canibus timidi veniant ad pocula damæ.

Atat *Laurus* illa *συμβολον* est *Laurenti*: sed quid hic *Laurentum* quæso? an suem *Laurento* in urbe inventam ullus adhuc pronuntiavit? Ego certe quid dicam præterea nescio, nisi si monumentum istud ad extremum Latinitatis cadentis ævum libeat amandare, cum *Lavinium*, *Lanuvium*, *Laurentum*, quorum vix tunc memoria exstabat, promiscue inter se confundere solebant.

Verum hic ultra immorari non patitur Lucatellius, meque ad pulchriorum numismatum adspectum pertrahit, in quibus (certe Sulpiciæ gentis numismatibus, ut patet vel ex epigraphe *C. Sulpicius C. F.*) cum *ſus* in averſa parte impressa sit, hoc ideo factum putat, quod sui generis vetustatem ad *Æneam* usque extenderent Sulpicii. Hoc ridiculum commentum ab Ericio primum excogitatum, miror Vaillantium, aliosque post eum libenter amplexos, vel quia nasus illis nullus erat, vel quia meliorem interpretationem afferre desperabant. Sed ut omittam hoc ineptum *συμβολον* ad vetustatem gentis ostentandam, *ſus* illa, quam invenit *Æneas* vel in iis, quæ affert monumenta Lucatellius, semper multos foetus enixa conspicitur, cum hic *ſus* sola appareat inter duos hinc inde hastatos milites, ut bene observat ad Sulpiciam gentem Havercampus. Non potest igitur hæc *ſus* aliud *συμβολιζειν*, quam foedus inter Roman. populum, & externos, opera fortasse alicujus ex Sulpiciis, quod quidem an Albanum fuerit, an aliud, locus hic non est investigare:

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



triginta post annos *Albam* urbem forent condituri. Nequaquam vero ait Varro suam illam ibi *Lavinium* ædificandum indicasse : imo ex ejus verbis id colligi poterit , Varronem in ea fuisse sententia , ut *Lavinium* etiam ante Æneam existitisse putarit . Sed hanc Varonianam ostenti hujusce interpretationem satis ineptam agnoscat quisquis nihil sue illa indicatum ex ejus sententia animadvertat , quam quod triginta post annis (quos *συβολικως* triginta capitum foetus exprimebant) Lavinienfes condiderint *Albam* . At videsis ut omnia recte procedant in Marone : suam *albam* invenit Æneas , & eodem loco statim *Albam* erexit : triginta foetus enixa fuerat , triginta post annis Ascanius aliam urbem extruxit : hanc autem in illius memoriam *Albam* nuncupavit , & quidem *Albam Longam* . Prior autem illa *Alba* , quæ ad ripas Tiberis posita , ipsi *Albæ* quoque nomen dederat , mox respectu *Longæ Albæ* cum *Albula* dici cœperit , Tiberis quoque *Albula* dictus est . Hæc sunt , quæ de hoc duplicis *Albæ* *συσηματι* commentari potui : si quid rectius istis noverit Lucatellius , candide impertiri non pigeat : interim his mecum utatur .

VI. Sed jam peracta est fabula , & nil aliud fortasse *reliquum relinquitur* , quam datè *plausum postrema in Comædia* : sed cum alteram de *Ara Maxima* fabulam ejusdem etiam *περίπετειας* , alio die differre non liceat , nunc quoque (modo audientiam nobis faciatis) spectandam ipsam proponere opus est . Satis autem ex *Ficu Ruminali* , & *Alba* patet , quam ignari Romanarum rerum ipsi essent Romani , quantoque Latinorum historia magis quam Græcorum incerta sit , atque confusa . Sed quid dicemus de *Ara maxima* , de qua ipsi , qui suo ævo

ex-

exstare eam adhuc affirmant auctores, adeo nihilominus discrepant inter se, ut nec quis aram illam erexerit, nec quonam urbis loco fuerit, adhuc decerni potuerit? Nolim hic calamiftris inurens Romanorum Scriptorum incuriam ostentare: quare, ne in scribendis prologis operam abutamur, age jam sine ullo προαυλω, aut προομιω, fabulam ipsam aggrediamur. Prædeat autem primus in scænam Livius, apud quem l. i. c. 4. post Caci internecionem sic Herculem Evander alloquitur. *Jove nate Hercules salve, te mihi mater veridica interpretes Deum aucturum Cælestium numerum cecinit: tibi que aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens maximam vocet, tuoque ritu colat. Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturumque fata, ara condita, atque dicata ait.* Hucusque apud Livium Evander, atque Hercules. Joannes Dujatius in suis ad usum Delphini adnotationibus hæc habet ad hunc locum: *Ita melius, quam ut Sigonius, dextra Herculi data. Hunc locum Turnebus interpretatur, ut Hercules porrecta Evandro manu, divinitatis omen acceperit: seque fata, quæ Carmenta cecinerat, impleturum, aramque maximam dicaturum ostenderit. Et sane dicavit non sibi opinor (quod absurdum Sigonio visum, quamvis ita velit cum Ovidio Solinus) sed Jovi Inventori, cui juvencum ob receptas de Caco boves mactavit. Aram vero illam maximam vocarunt: & quoniam in ea Hercules decimam Jovi obtulerat, Romani Herculi postea ipsi facultatum suarum decimas ibi offerebant.* Hæc Dujatius: sed neque eum, neque Turnebum quid sibi velint intelligere possum: nam si Herculem sibi ipsum aram dedicasse absurdum iidem esse censent interpretes, quanto hic absurdus est Herculem cum Evandro loquentem

in

inducere, quasi thrafonem aliquem, aut pyrgopolinicum, qui se impleturum fata, aramque dicaturum sibi ipse jactet? Scio Turnebum simpliciter aram dicaturum maximam exposuisse, quasi de *Jovis Inventoris* ara loqueretur: verum si ita esset, fata impleri non poterant: neque enim *Jovi*, sed tibi *Hercule*, inquit Evander, hic aram dicaturum iri Carmenta genitrix cecinit. Sed fac etiam ita Livium intellexisse, ubinam invenit Turnebus aram *Jovis Inventoris* maximam dictam esse? ubi Dujatius, in ara *Jovis Inventoris* decimas Romanos persolvisse? cedo unam veterum auctoritatem. Sed de hoc loco Livii dicam postea, ubi aliorum sententias de hac ara Herculis maxima attulerimus. Ovidius Fastor. i. collocat aram,

Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet:

idest in foro *Boario*, quod etiam a *bobus* Herculis, qui ibidem pascebantur dictum vult Propertius, alique. Eodem ex fonte *Baulis* loco inter Misenum, & lacum Bajanum nomen repetunt Servius, & Symmachus l. i. ep. i.

Huc Deus Alcides stabulanda armenta coegit,

Eruta Geryonis de lare tergemini:

Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos

Nuncupat occulto nominis indicio.

Sed hoc, prout solent veterum scriptorum etyma, satis ridiculum: illud certe verosimilius, quod conjicio, *Baulos* sic dictos quasi *locum fructiferum* ex Phænicio בול vel יבל quod idem est, unde & mensi *Octobri* יבל nomen datum apud Hebræos, non secus ac Horatius *pomiferum annum* appellat *Autumnum*. Verum e diverticulo in viam.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

portet; alteram *Jovis Inventoris*, quam Hercules *Trigeminam* prope portam erexit: alteram, quam Evander, Potitii, & Pinarii, quibus Hercules suæ aræ sacerdotium mandaverat, ipsi *Herculi* in foro *Boario* dedicarunt. Has autem male Ovidius inter se confundit 1. Fastor.

*Constituitque sibi, quæ maxima dicitur ara,
Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet.*

Neque enim sibi, nec in foro *Boario* aram unquam Hercules erexit: nec Propertium ausim excusare, apud quem sic ipse Hercules loquitur:

*Maxima, quæ gregibus devota est ara repertis,
Ara per has, inquit, maxima facta manus.*

Ubi cum aram *Herculi* dicatam intelligat, importune Herculem ibi loquentem inducit, jactantemque sibi ipsum aram maximam erexisse: neque enim de illa, quam Hercules ad *Trigeminam* portam *Jovi Inventori* dicavit, Poeta intelligi potest; cum ex Livio, Virgilio, Dionysio, imo omnibus Scriptoribus sit exploratissimum, aram *Herculis* nomini ab aliis erectam, *maximam* apud veteres fuisse nuncupatam: unde satis se imperitum ostendit Dujatius, ceterique Liviani interpretes, qui cum *aram maximam* memoret historicus, ipsi aram *Jovis inventoris* intelligant, quæ *maxima* nunquam dicta fuit. Quanto igitur melius 8. *Æneid.* Maro, qui *aram Herculi* dicatam a Potitiis, & Pinariis refert, & eam quidem *maximam* appellat? Audis Evandrum ad *Æneam*:

*Ex illo celebratus honos, lætique minores
Servavere diem: primusque Potitius auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri
Hanc aram lucro statuit, quæ maxima semper*

Di-

Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.

Vides, ut duas hic aras innuat Poeta, *Herculis* alteram, seu quam Hercules jovi erexit, cujus sacri custos erat *Pinaria*, & *Potitia* domus, alteram, quam *Pinarii*, & *Potitii Herculi* postea statuerunt? Et tamen nemo adhuc, quod sciam, interpretum hoc animadvertit.

Illud autem ingenue fateor in Evandri oratione non placet apud Virgilium: *quæ maxima semper*,

Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.

Sanè Evandri ipsius genitrix Carmenta cecinerat apud Livium, aram illam non tunc quidem, sed olim a gente opulentissima, a Romanis scilicet, *maximam* appellandam: qui tum ob aræ admirabilem vetustatem, tum quod Herculi dicata esset, quem fere semper magnum, maximumque appellare sollemne fuit, tum præsertim, quod a Romulo ipso magnis fuerit honoribus culta, *Maximæ* nomine decorarunt. Prima etiam fortasse ara fuit, quam veteres Romani coluerunt: in Palatino enim monte erat, ubi Pallanteum, & postea prima Romæ veteris incunabula; Aram enim illam, quam jovi ipse Hercules extruxit extra veteris Romæ mœnia in ultimo *Aventino* prope speluncam Caci fuisse testatur Halicarnasseus. Hinc non parum miror, quid Evandro in mentem venerit apud Poetam, dum de hac Caci spelunca ad Herculem inquit:

Jam primum saxis suspensam hanc aspice rupem, &c. Etenim cum hæc spelunca ad *Trigeminam* fuerit portam, ubi & Herculis ara, ad ultimum scilicet *Aventinum*, nescio an ante ipsum Pallanteum, in luco non procul a Tiberi, Æneæ, Evandro, ceterisque sa-

cra ibi Herculi ferentibus ita rupes illa, ubi Caci spelunca fuerat, ob oculos foret, ut, *aspice hanc rupem* Evander dicere potuisset. Sed de Marone plura loqui equidem vereor,

Cujus sacra colo ingenti percussus amore:

Verum, ut e semita in viam, fatis ex his, quæ diximus, patere existimo, ut supra adductus Livii ille locus debeat explicari: neque enim ulla ratione intelligi poterit, nisi vulgatam explodamus lectionem, & cum Sigonio *dextra Herculi data*, pro *Hercules* legamus. Nam Dujatius, Turnebus, aliique, qui vulgatam lectionem retinere conantur, quibus in scopulis nec opinantes illidunt, fatis visum est. Nunc quam bene omnia collineant, si lectionem Sigonianam admittamus, quæso animadvertite: *Jove nate Hercules salve,* (ita Evander ad Herculem) *te mihi mater veridica interpres Deum aucturum caelestium numerum cecinit, tibi que aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens Maximam vocet, tuoque ritu colat. Tum dextra Herculi data, accipere se omen, impleturumque fata, ara condita, atque dicata, ait.* Ita totus orationis tractus unius Evandri erit, qui matris omen se accipere, seque, ut fata implere possit, aram conditurum ipsique Herculi dicaturum pollicetur. Similis est locus Strabonis lib. 5. p. 230. Λεγονται . . . πυθομενου δη της μητρ^ς Νικοστρατης του Ευανδρου (ειναι δ' αυτην μασηκης εμπειρον) οτι τω Ηρακλει πεπρωμενον εν τελειωσωντι της αθλης θεω γενεσθαι, φρασαι τε προ του Ηρακλεα ταυτα, και τεμεν^ς αναδειξαι, και θυσιαν θυσιαν Ελληνικην. ην και νυν επι φυλαττεσθαι τω Ηρακλει. quæ sic interpretor: *Fama est Nicostatam matrem Evandro persuasisse (erat ipsa divinandi artis, ut ajunt; peritissima) quod fato jam desti-*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



. quo non præsentius ullum
Auxilium venit .

& Georgic. I. 10.

Et vos agrestum præsentia numina Fauni.

idest Fauni *propitii*, & quasi *agrestum* patroni, non, ut plerique interpretes habent, *propria agrestum numina*, & in *terris degentia*. Itaque *præsens* etiam *ἐπιφάνης* explicari poterit, quo nomine notissimum est deos apud veteres, & omnes fere post Antiochum Persarum Reges fuisse insignitos; quos quidem laborantibus, afflictisque solatium, & auxilium *μετ' ἐπιφάνειαν* afferre putabant. Romanos etiam Imperatores deorum propria hæc nomina assumpsisse, *præsentisque*, & *præsentissimos*, *conspicuos*, & *manifestos* fuisse nuncupatos, nemo vel ex obviis ubique numismatis ignorare potest. Vide, quæ nos in prima Exercitatione, ubi de *Ecphanto* p. 51.

VIII. Atque hæc de *Ara Maxima* commentabar, cum ecce in Salmasii Plinianas incido exercitationes, in quibus pag. 3. vir summus aram *Jovi Inventori*, atque aram *Herculi* dicatam unam fuisse, eandemque probare conatur. Vix dici potest, quantum id molestiæ primum mihi exhibuerit: prope animum desponderam, measque lucubrationes transverso calamo delere statueram, aut *παλινωδεν* omnino potius, quam tanto cum viro in certamen venire, quem quidem quantus in clypeum affurgat, quo turbine torqueat hastam, paulo ante in *ficu Ruminali* expertus fueram. Sed vires iterum sumere, animumque pristinum protinus revocare, ut ea, quæ ad Solinum de hac re ille scripserat, attente perlegi: licet enim multos ibi veterum afferat locos, multa in veterum locis acutissime animadvertat; nunquam tamen mihi aliqua

ratione persuadere potuit. aram *Jovis Inventoris*, & *Herculis* unam, eandemque fuisse, nisi aut omnes infan-
 nisse veteres, aut contra eorum fidem proprias cujus-
 que conjecturas consistere etiam posse existimemus. Ce-
 terum, ut quam propior nostra veritati sit opinio, quam
 contra longe Salmasiana ab illa recedat, omnes vi-
 deant: libet hic e re nata, quæ ille in Solinum ad-
 notavit; accuratius expendere, & pro virili etiam con-
 futare, si prius Solini integrum locum apponamus,
 a quo cum amentatas sæpe hastas Salmasius acceperit,
 experiri juvat an & easdem nostris viribus, lacertif-
 que in ipsum retorquere possimus. Sic igitur Solinus in
 Polyhistoris sui c. 1. *Aram Hercules quam voverat, si
 amissas boves reperisset, punito Caco, Patri Inventori di-
 cavit.*

Hæc ara fuit ad Trigeminam portam, ut su-
 pra collegimus ex Halicarnasseo, ubi Caci spelunca:
 sed hæc non erat *maxima*: posterius *maximæ* nomen aræ
 illi tantum tribuerunt, quæ Herculi a Potitiis, & Pi-
 nariis in foro *Boario* erecta fuit, non vero huic, de
 qua hic loquitur polyhistor, quamque ipse Hercules *Ἰωὺς
 Ἀποστός* dicavit, seu ut Solinus ait, *Patri Inventori*, idest
Jovi Inventori, vel quod revera Herculis *Pater* esset, vel
 simpliciter *Patrem* pro *Jove* posuit Solinus: quem
 ideo *Patrem* sæpe appellatum vult Porphyrius, quod ad
 eum omnes gentes referantur. Hæc facile sub silentio
 præterirem, nisi Grammatici ineptissimi Maronem ar-
 guerent, quod sæpe *patrem Æneam*, in suo Poemate
 obtrudit, cum eadem tamen in *Jove* ratio sit, atque
 in *Ænea*:

. *Genus unde Latinum*
Albanique Patres, atque altæ moenia Romæ.
 quod

quod Virgilius ipse. clarius etiam, ostendit illo versu:

At Pater Æneas Romanæ stirpis origo.

Sed de hoc τὸν patris epitheto adeatur Julius Scaliger 5. Poet. c. 3. Sequitur autem Solinus: *Qui Cacus habitavit locum, cui Salinæ nomen est, ubi Trigemina nunc Porta. Hic ut Gellius tradit, cum a Tarchonte Tyrrheno, ad quem legatus venerat missu Marsiæ Regis, socio Megale Phryge, custodia foret datus, frustratus vincula, & unde venerat redux, præsidis amplioribus occupato circa Volturnum, & Campaniam Regno, dum attrectat etiam ea, quæ concesserat in Arcadum jura, duce Hercule, qui tunc forte aderat, oppressus est. Megalem Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo edocti.*

Miror hic Solinum, postquam aram Jovi inventori Herculem, ob receptos Caco punito boves, dicasse narrat, postea Cacus alia de causa oppressum dicere, quasi sui ipse fuerit oblitus. Sed hoc sæpe accidit Solino, qui ex tam diversis auctoribus sine delectu suum opus quasi variis tessellis conferruminavit. Hæc autem fortasse vera est Caci, & Herculis historia, quam Poetæ inde tot fabellis ornarunt: adeantur Ovidius Fast. I. Propertius I. IV. Virgilius VIII. Livius &, & Halicarnasseus in primordiis Romanæ historiæ, aliique quamplurimi. Eadem retulerat Dio Cassius, ut colligo ex Tzetze Chiliad. 5. c. 21. quem tamen vir plurimæ lectionis Carminius Falconius in Dionem (ejus copiam fecit mihi amicorum φίλτατῶν Salvator Spiriti, quem, præter natalium εὐγενεῖαν, moresque elegantissimos, jurisne peritia an bonæ litteræ, an Poeseos cultioris studium reddat clariorem, ignoro) in suis in Dionem adnotationibus Tzetzem notat, qui Chiliad. 5. c. 21. τῶν Βοῶν masculino genere dixit, cum Chiliad. 2.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bis etiã Falconius obtruderet: præfiscine! quid acutius excogitari potis fuerat?

Ceterum veram Caci historiam aliter narrat loc. cit. Dionysius, & Servius ad 8. Æneidos; qui Caccum Evandri nequissimum servum a sorore ejusdem nominis proditum testatur, *Caca* scilicet, siquidem Lactantius l. i. de fal. Rel. *Colitur*, inquit, & *Caca*, quæ Herculi fecit *indicium de furto boum, divinitatem consecuta, quia prodidit fratrem*. Sed redeamus ad Solinum, qui postquam de *Ara Jovis inventoris* verba fecerit, addit nunc de *Ara Herculis maxima*, quæ sequuntur: *Suo quoque numini idem Hercules instituit Aram, quæ maxima apud Pontifices habetur, cum se ex Nicostrata Evandri matre, quæ a vaticinio Carmenta dicta est, immortalem comperisset fore.*

Idem sensisse videtur Ovidius; sed absurdum est Herculem sibi aram dedicasse: adi, quæ nos in principio hujus Exercitationis. Excusandi tamen veteres auctores, qui hæc scribebant, cum jam in Deorum numerum Hercules fuerat relatus: unde aliquid hac in re sibi licere existimarunt: ita etiam multa ævo nostro de magnorum virorum pueritia, & adolescentia narrantur, quæ minus a veritate ab horrere putamus, eo quod eos jam ætate provectos mira nunc, & magna in diem gerere videmus. Ceterum hoc fecit olim pater Herculis Jupiter, quem Sacra Historia apud Lactantium l. i. de Fals. Relig. narrat *in tantam insolentiam venisse, postquam rerum potitus est; ut ipse sibi fana multis in locis constitueret*. Porro Nicostratam dictam, Evandri matrem testatur etiam Strabo l. v. p. 230. *πυθόμενεν δε της μητρῆς Νικοστράτας του Ευανδρου, ειναι δ' αυτην μαντικης εμπειρου*, nec dubium, quin a vaticini-

ticinio dicta fuerit *Carmenta*, cum hoc nomen & aliis fatidicis tributum sit. Ita in celebri marmoreo monumento Rodulfi Cardinalis Carpensis apud Pighium in sua *Themis Dea* in Gronovii *Thesaur. Græcar. antiq. T. IX.* legitur, *Themis Carmenta*, idest *Themis fatidica*, ut & Ovidius appellat *Metam. 2. v. 370.*

*Corycidas Nymphas, & numina montis adorant,
Fatidicamque Themis, quæ tunc oracla tenebat.*

Sed iterum Solinus in scænam: *Conseptum etiam, intra quod ritus sacrorum factis bovicidiis docuit Potitios, Hercules instituit. Hoc sacellum Herculi in foro Boario est, in quo argumenta & convivii, & majestatis ipsius remanent.* Nullus dubito, quin *Ara Maxima* fuerit intra hoc sacellum, quod in foro *Boario* collocat Solinus, ubi ara Herculi dicata, quam *maximam* appellarunt. Hoc autem fanum sive ipse sibi Hercules, sive ei Evander, & Potitii cum ara ipsa posuerunt, collapsum tandem vetustate fuisse crediderim; ita ut, cum M. Octavius Herennius Tibicen, ut habet Masurius Sabinus apud Macrobius *l. 3. Satur. 1. 6. Herculi Victori ædem in foro Boario posuisse* dicatur, eodem in loco hanc ædem erectam, ubi olim sacellum illud, facile mihi persuadeam. Contra, cum aram *Jovi Inventori ad portam trigeminam Herculis dicaverit*, ibi etiam sacellum erexisse, & lapsu temporis dirutum existimarim, cum ad trigeminam portam *Victori Herculi ædem* posuerit idem Herennius, Plinius *l. 34. c. 8.* meminit etiam *Herculis Triumphalis: Herculem ab Evandro sacratum in foro Boario, qui Triumphalis vocabatur, qui- que per triumphum amiciri solitus erat habitu triumphali.* Sed *Hercules Triumphalis* quem Plinius in foro *Boario* collocat, idest in VIII. Urbis regione, statui-

tur ad XI. ad portam trigeminam cum *arà maxima* Festo Victore ; & ab Aur. Rufo cum *aru maxima* in regione circi maximi : quod mirum Salmasio videri minime debuerat , quippe qui prudenter Herculem *Victorem* eundem , ac *Triumphalem* esse statuit . Herculis autem *Victoris* duas fuisse ædes , in foro alteram Boario , alteram ad *portam trigeminam* , jam vidimus ex Macrobio . Atque hoc etiam manifeste ostendit duas aras fuisse & diversas , Herculis alteram in foro Boario , alteram jovis ad portam Ostiensem . Una autem tantum istarum maxima fuit : sed quænam ? illa nimirum *Herculi* in foro Boario dicata , ut supra vidimus , non illa jovis ad portam trigeminam , ut male Victor , & Rufus .

Addit Solinus : *Divinitus in Sacellum illud , neque canibus , neque muscis ingressus est : etenim cum viscerationem sacrificulis daret , Myiagram Deum dicitur imprecatus , clavam vero in aditu reliquisse , cujus olfactum refugerent canes : id usque nunc durat .* In quibusdam editionibus *muscarum Deum* antea legebatur , quod a glossemate aliquo videtur irrepsisse . Recte igitur Salmasius ex m. ss. *Myiagram* reponit , cujus & Plinius meminit , cui non Aegyptii modo , sed & Græci multis in locis sacra sæpe facere consueverunt . Vide quæ in hunc locum eruditissime Salmasius congeffit . Illud autem in præsentia non parum adfert admirationis , Lucianum scilicet , qui muscæ laudes elegantissima oratione est profecutus , hoc tamen prorsus omisisse , quod certe multum illic ei prodesse poterat . Porro pro *Sacrificulis* Salmasius reponit *Sacriculis* in Solino : *Sacrificulus* enim nisi eo sensu , quo *Regem Sacrificulum* veteres appellant , hoc est , qui Sacris præest , & Sa-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Hæc germanas gerras unde hauserit bonus Grammaticus ignoró. Illud scio *perpetuum tergum bovis* idem esse apud Maronem, ac *perpetua palus*, & *perpetuæ munitiones* apud Cæsarem *l. 6. cap. 57. Bel. Gal. & l. 3. Bell. civil.* idest *non interruptæ, longæ, continuæ*, ut & apud Ciceronem sæpe *viæ perpetuæ, perpetui montes, perpetua historia*, atque alia id genus innumera, quæ singulis paginis occurrunt: & ne a Virgilio abeam, *Æneid. 5. v. 178.*

Perpetuis soliti Patres accumbere mensis.

Quas quidem venditas, & iterum redemptas ne ipse quidem Servius dixerit.

Haud temere prætereunda, quæ idem Servius ibidem animadvertit, *lustralia exta* scilicet apud Maronem *pinguia* intelligenda: *Moris enim fuit completo lustro pingues victimas offerre Censores, aut certe de quinquennali bove, idest perfectæ ætatis.* Hinc enim multa lux Livio offunditur, apud quem *l. 41. c. 15.* vox *Sescennaris* occurrit adeo obscuræ significationis, ut Delio natatore opus esse crediderint interpretes, quorum tamen nemo adhuc unus veram hujus *ῥῆσις* notionem animadvertit. Livii ipsius verba hæc sunt loc. cit. *Dum de his rebus in Senatu agitur, Cn. Cornelius evocatus a viatore, cum templo egressus esset, paullo post rediit confuso vultu, & exposuit Patribus, bovis Sescennaris, quem immolavisset, jecur defluxisse.* Quid hæc velint sibi verba, explicare conatur sanctioris Latinitatis promuscondus diligentissimus jacobus Facciolatus in suo Lexico: *Sescenar, vel Sescenaris vox antiqua: videtur esse a Sacena, quæ vox apud Festum exponitur dolabra pontificalis: itaque Sescenarem bovem possumus intelligere, qui hujusmodi dolabra percussus, maceratusque est: hæc ille:*

ille: ubi & *Sescenarem* simplici littera *h* scribere Facciolatum animadvertes, ut facilius a *Sacena* deducat. Audacius adhuc joannes Dujatius, cujus hæc verba ad Livium: *An a Sacenā, quæ. & Scena, & fortasse Sescena* (quo nomine appellatur dolabra Pontificalis apud Festum) dictus bos *Sescenaris* eo cultri genere percussus a victimariis? Hæc Dujatius, qui cum Facciolato amice conjurare videtur: sed nimis longe petitum etymon, & durius, quam ut eruditiores aures ferrè possint a *Sacena* *Sescennaris*: & levis nimium Dujatii suspicio *Scenam* non modo *Sacenam*, dictam esse, sed etiam *Sescenam*; cum nulla veterum auctoritas afferatur. Imo & vox ipsa *Sacena* suspecta nimis est eruditissimo Mazochio, qui in exasciato de *Afcia* commentario p. 158. Festi verba, *Scena ab aliis, a quibusdam Sacena appellatur dolabra Pontificalis*, sic restituit, *Scena ab aliis: a quibusdam Scæna appellatur, &c.* Haud temere adstipuler viro doctissimo: etenim si ita esset, diceret Festus *Scena ab aliis, a quibusdam Scæna scribitur* potius, quam *appellatur*, quod verbum vocem a priori diversam indicare videtur. Jam vero & aliam conjecturam affert Dujatius: *an legendum, inquit, Sagenaris quasi opimi, & publici saginati bovis quod Gronovio non displicet? Varro certe sagenantur pro saginantur dixit*. Felicior certe postrema hæc Dujatii expositio, quam prima illa de *Sacena*, licet eam potius amplexus sit doctissimus Facciolatus.

Ego vero bovem *Sescennarem*, idem ac *Sexennalem* esse censeo. Veteres CS pro X usurpasse, & inde per metathesin SC pro CS aliquando etiam occurrere nemini latet, qui modo veterem scribendi rationem vel per transennam adspexerit. Verum & *Sexennalem* pro *Sescen-*

scennarem levi admodum mutatione legere apud Livium: poteris, & *Secscennarem*. etiam si libet, unius litterulæ transpositione, sic enim antiqui loquebantur, præsertim cum Livius verba, quæ ad sacra pertinent, eadem ratione, ac in Pontificam libris essent, semper fere nobis obtrudat. Eadem scribendi ratio eidem Livio tenebras offudit *l. 4. c. 3. dec. 3. Flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat etaros. procul iis, quæ inhabitabantur.* Laurentius Valla: legit, *præterfluebat muros*; Sigonius, aliique *præterfluebat & agros*, Grönovius *præterfluebat Æsaros*. Sed omnino legendum cum Salmasio: *Flumen, quod medio oppido fluxerat extra frequentia tectis loca præterfluebat: & arx procul iis, quæ inhabitantur &c.* Scriptum fuit vetusto more & arcs, inde factum *etaros*, ab iis; qui CS pro X positum ignorabant. Lege igitur meo periculo apud Livium *fescennaris*, vel *secscennaris*, vel ut nunc scribimus *sexennalis*. Næc mirabitur Livium bovis immolati ætatem tam diligenter adnotasse, quisquis sciat veteres, in eligendis hostiis, victimisque ætatis quoque rationem habuisse, ut vel ex Poetis manifestum est, apud quos *borna*, *biennis*, *bima* hostia, atque alia id genus usque ad fastidium occurrunt. Hebræos etiam, & Græcos religiose id admodum observasse comperimus. Numeror. 15. 27. *Quod si anima una nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo. Et Levit. 14. a. 10. die octavo assumet ovem anniculam.* Sic etiam *Exod. 29. v. 38. Levit. 23. & 18.* atque alibi sæpius: *triennem quoque vaccam, & trimam capram* in Genesi legimus: *Sume, inquit Dominus ad Abram; mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem*
quo-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

licuit ; quam eo scribendi genere , quo ipse in Solinum potissimum usus est . Quid vero ? si hanc de voce *fescennari* διατριβην excipias , cetera omnia quæ interfati adhuc sumus , exodia quidem , sed adeo τῷ δράματι necessaria , ut sine iis fabulam peragere omnino foret indecorum . Sed jam tempus est , ut ad Salmasii objecta propius accedamus : qui cum sciret unam fuisse apud veteres *Aram Maximam* , & e contrario *Aram Jovis Inventoris* , atque *Herculis* veteres memorarent , ne duas *Aras Maximas* induceret , unam utramque fuisse ostendere conatur . Hæc autem cum nimis vetustum fuerit negotium , ideo Scriptores cuinam Deorum dicata ipsa esset ignorantes , alii *Herculi* , alii *Jovi* erectam narrant . Hoc est totum de *Ara Maxima* Salmasii συνημα : quod quantum a veritate abhorret , satis supra visum est tot veterum adductis auctoritatibus , qui alteram in foro Boario , alteram in ultimo collocant Aventino . Quænam ergo in Scriptoribus de hac *Ara* est discrepantia ? Eccillam : Duæ erant aræ eadem vetustate insignes , *Jovis* altera , altera *Herculis* nomini dicata : nesciebant quænam earum esset *Maxima* : ideo alii *Jovis* , alii *Herculis* aram *Maximam* nobis obtrudebant . Sed hinc potius duas *Aras Maximas* existisse , quam unam utramque fuisse sequeretur : cum aperte veteres scriptores eas secernant , Dionysius præfertim , qui alteram in Aventino , alteram in foro collocat in Boario . Omnino igitur diversa ab *Ara Jovis Inventoris* , *Ara Herculis* fuit : sed una tantum earum *maxima* dicta est . Sed quænam illa ? Ara certe Herculi erecta a Potitiis & Pinariis , ut supra luculenter ostendimus . Neque enim , ex tot veteribus auctoribus ullus aram *Jovis Inventoris Maximam* nuncupavit , præter

ter posterioris ævi auctores Festum, & Victorem, du-
ctos fortasse ex nescio cujus incerti de Romanorum
origine auctoris fragmentis, quæ an ipsa Victorem, Fe-
stumque in errorem induxerint, an ex Festo, & Vi-
ctore potius ad nos derivata fuerint, ignoro.

Nunc autem vide fodes, quam transversum sæpe agat
virum doctum male hoc excogitatum de *Ara Maxima* συ-
νημα. *Aram Hercules, quam voverat, si amissas boves repe-
risset, punito Caco, patri inventori dicavit*, inquit Solinus.
Hic autem primum Camertem Salmasius objurgat, quod
Aram hanc Solini, quam Jovi Inventori Hercules dica-
vit, ab ea distinguit, quam sibi ipsum dedicasse, &
Maximam appellatam Solinus narrat. Sed eo potissi-
mum nomine illum reprehendit, quod de hac *Ara Jo-
vis Inventoris* Livium lib. I. Virgilium VIII. Ovidium
Fast. I. ceterosque Auctores loqui existimavit, dum
Aram Maximam commemorant. Sed ipse tamen Sal-
masius paullo infra Propertii illud illustrat ex lib. 4.
eleg. 9. *Maxima, quæ gregibus devota est Ara repertis,
Ara per has, inquit, Maxima facta manus.*
atque ait hanc esse, quam Solinus Herculem vovisse
narrat, si boves reperisset. Sed si ita est, ubi hic Ca-
mertis error? *Ara, quam Jovi inventori vovisse, & e-
rexisse tandem Herculem Solinus affirmat, nunquam,
Salmasio ipsomet teste, Maxima dicta fuit: quinam
igitur de Ara illa Poeta intelligendus est, cum Ma-
ximam appellat? Vel Ara Jovis Inventoris etiam Maxi-
ma appellatur, & nunquam errasse Camertem putan-
dum est, quod de Jovis Inventoris Ara Livium, Vir-
gilium, aliosque Auctores loqui existimavit, cum de
hac Ara verba faciunt: vel Maximam eam veteres*

nūquam vocitabant, & in eodem Camertis errore Salmasius versatur, qui ita Propertii allatos explicat versus, ut *Aram Jovis* Poetam ibi *Maximam* vocasse crediderit.

Addit Salmasius auctores non duas *Aras*, sed unam tantum *Maximam* numerare, in hoc vero solum dissentire, quod hanc *aram maximam* alii *Jovi Inventori* ab Hercule, alii ab Evandro *Herculi*, alii autem ab ipso Hercule *sibi* positam narrant: gerræ germanæ. Duas *Aras Maximas* fuisse nemo, nec veterum, nec recentiorum unus dixit. Sed non ideo, quod una erat apud veteres *Ara Maxima*, sequitur inde *Aram Jovis Inventoris* ab Hercule, & *Aram Herculi* ab Evandro dicatam unam eandemque fuisse; cum diserte eas fecernant auctores, Solinus præsertim, qui primam *Jovi* ab Hercule, alteram ab ipso *sibi Hercule* positam scribit: quem tamen falsi arguere Salmasius ausus est: sed qua de causa, cum nec veterum ullus sit, qui Solino adversatur, & iis, quæ ipse narrat, aliorum Auctorum loci clarius explicentur? Parem præfert audaciam, dum Panvinium notat, quod in undecima regione Urbis *aram maximam* Herculis, & *Aram Jovis* quasi diversas recenset. Sed mirum, quantum in tota hac de *Ara Maxima* disputatiuncula vir doctissimus cæcutit.

(Suo quoque Numini idem Hercules instituit aram) Delirius suo nomini legebat, quem arguit Salmasius, quod *Ara illa Herculis* nomini inscripta non erat, sed simpliciter *Ara Maxima*. Quod si Herculis etiam nomen exstitisset, non adeo veteres inter se discreparent, dum alii *Jovi*, alii *Herculi* dicatam asserunt, ἄηροι ἄηρων. Exciditne tanto viro nomen sæpe famam, celebritatem, nobilitatem, bonorem, atque alia hujusmodi signare apud veteres? Ita ut

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



faciant mentionem. Sed ne hæc quidem vidit Salmasius, quæ ad rem suam maxime faciebant: quantominus illa, quæ sibi hac in re potissimum adversabantur?

Hoc Sacellum in Foro Boario est). Hic iterum de Ara differit Salmasius, & nihil tot veterum locos sibi adversos; quos supra nos in partem attulimus, animadvertens, unum affert Ovidii, quem suæ in speciem opinioni contrarium ipsemet esse fatetur. Is est Fast. I.

Immolat ex illis taurum tibi Jupiter unum

Victor, & Evandrum, ruricolasque vocat:

Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur Ara,

Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet.

Nam cum *Jovi* immolasse dicat, antequam sibi *Aram* constitueret, aperte ostendit Ovidius; ut Salmasius observat, aliam fuisse *Aram* illam, in qua Hercules *Jovi* immolavit, ab illa, quam *sibi* erexit. At dum se expedire non potest, ὕστερον προτερον Poetis non insolens in allatis versibus commentatur, quasi prius cecinisset Ovidius

Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur Ara

postea vero: *Taurum tibi Jupiter unum immolat, &c.*

Sed quid unquam ad Scriptorum ita locos depravandos Salmasium impellit? cedo unam tandem veterum auctoritatem; quo suam opinionem defendere posset: æquiori animo feram. Sed cum omnes refragentur Auctores, quorsum ad firmandas inutiles conjecturas tanta moliri opus est? Præterea si ipso Salmasio etiam adstipulante, veteres non duas *Aras Maximas*, sed unam fuisse commemorant, in hoc tantum inter se discrepantes, quod hanc alii *Herculi*, alii *Jovi* dicatam scribunt, nemo tamen utrique, quod ne
Sal-

Salmasio quidem unquam in mentem venit : quid illorum carminum sollicitat sensum , quæ si ita , ut ille vult , accipiantur , illud omnium quam maxime absurdum sequeretur , Herculem scilicet sibi eandem , & *Jovi Aram* dedicasse ? Sed nimius eruditionis ardor transversum sæpe agit summum virum .

Jam vero hic Salmasius nescire , cui potissimum credat , Ovidio ne , qui in *Foro Boario* illam collocat , an aliis , qui ad *circum maximum* . Tandem eam non *in foro boario* sed alio in loco potius quovis pretio fuisse contendit , Solinumque præ ceteris antestatur , qui cap. 1. pag. 2. *idem Hercules* , inquit , *sibi Aram constituit* &c. . . . *Sacellum quoque intra quod ritus Sacrorum factis bovicidiis docuit Potitios : hoc Sacellum Herculi in Foro Boario est* , &c. uti supra recensuimus . Ex quibus jam allatis verbis *Aram in Foro Boario* nunquam fuisse colligit : quod cum de *Ara Maxima* simul , & *Herculis Sacello* loquatur Solinus , atque hoc in *Boario Foro* collocat , *palam est* , inquit , *Aram Maximam ibi non fuisse* : quasi vero intra *Sacellum* illud esse non posset , aut si extra foret , *Aram* , & *Sacellum* eodem in *Foro Boario* esse non liceret . Verum si eo quod *facellum* , & *aram* diviserit Solinus , colligitur *aram* non fuisse ubi *facellum* , contra eodem loco fuisse similiter inferri poterit , quod Tacitus utrumque conjunxerit : *magna ara fanumque , quæ præsentis Herculi Arcas Evander sacravit* . Sed vide hominis ingenium : paullo superius Solinum , ut falsum & ineptum rejecit , quod *Aram Herculis* ab illa *Jovis Inventoris* distinguat , cum tamen omnes idem Veteres sensissent : nunc male intellecta Solini verba eadem in *περιοδῶ* , contra omnem veterum auctoritatem de situ *Arae Maxima* opponit .

Tandem Dionysii verbis rem conciliare, quod ille prope *Forum Boarium*, non *in Foro Aram* fuisse narrat: unde suspicatur hujusmodi erectam in loco, ut & ad *forum*, & ad *Circum maximum* referri posset. Sed integrum Dionysii locum legisse Salmasius non videtur; qui in primordiis Urbis Romæ apertissime *Aram Iovis Inventoris* ab ara *Herculi* dicata fecernit, atque hanc quidem; prope *Forum boarium*, illa vero ad *Portam Trigeminam* collocat, quæ a *Foro boario*, longius distat, quam ut locum Salmasius inveniat, ubi si *Ara* fuerit, ad *forum simul*, & *Portam Ostiensem* pertineret. Hinc iterum in Solinum, aliosque invehitur, qui male hæc inter se confuderunt, duasque *Aras* Herculis admittit, minorem alteram dictam, alteram majorem, aut maximam: sed utramque *Herculi* erectam affirmat: & quæ Auctores de *Jovis Inventoris Ara* narrant ad alteram istarum esse referenda: cum si diversam eam fuisse putemus tres inde *Aræ Maxime* evadant necesse est. Nolo amplius hic immorari, cum satis superque pateat quantum hæc & inepta sint, & nulla veterum firmata auctoritate, quantumque sibi ipsa invicem opponantur. Unum addo Salmasium eo potissimum a veritate hic longius aberrasse, quod male Auctorum locos intellexerit, quos, dum *Jovis Inventoris Aram* ab illa *Herculis* distinguunt, *duas Aras maximas* continuo induxisse putavit. Ideo in unam reducere utramque conatus est, sed quam infelicibus auspiciis, omnes vident.

Quæ vero, PASSERI eruditissime, ex tam variis Auctorum sententiis certiora, & verisimiliora colligere potui; ut paucis rem absolvam, hæc sunt. Ara ubi Hercules sacra fecit, Potitiis, & Pinariis Sacerdotibus electis, fuit ad *Tri-*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

INDEX AUCTORUM,

QUI IN HOC OPERE RECITANTUR, NOTANTUR,
VINDICANTUR, ILLUSTRANTUR,
EMENDANTUR.

A

Aben Ezra laud. p. 20.
Aelianus 25. 28. not. 31.
Aetnæ auctor illustr. 57.
Agasthenes 44.
Alberti Joannes laud. 65.
Amerias Macedon 29.
Amos Propheta illustrat. 86. bis
88. 88. 89. 90.
Anacreon emendat. 53.
Andreas Elias not. 53.
Andriscus 44.
Antoninus 95.
Appianus illustrat. 103.
Apulejus 62.
Aquila laud. 19. 86.
Arabs Paraphrastes sacr. litter. not.
19.
Aretæus illustrat. 31.
Aristides 25.
Aristophanes illustr. 10. 11. 16.
17.
Aristoteles notat. 45.
Arnobius 10.
Artemidorus 29.
Athenæus illustr. 29. 37. 44.
D. Augustinus 10.
Ausonius notat. 78.

B

Balsamon Theodorus 10.
Barnesius Josua notat. 53.
Benedictus notat. 6. 7. 8. 9. 10.
11.
Beichelius Abrahamus laud. 108.

not. 113. 114.

Bochartus Samuel confut. 19. 20.
21. 22. 23. 24. 25. 26. laudat.
55.
Bonfrerius Jacobus laud. 88.
Buchananus Georgius laudat. 109.
Burmanner Petrus 79.

C

Cæsar Julius illustr. 140.
Camers vindic. 145.
Capella Martianus not. 58.
Carminianus Severus laud. 79.
Carpensis Rodulphus 137.
Carrucius confutat. e p. 6. usque
ad 11.
Casaubonus Isaacus laud. 10. 30.
not. 59. 95.
Cassius Ictus illustr. 95.
Cato explic. 102.
Catroæus not. 79.
Celsus laud. 95.
Chaldæus Paraphrastes not. 19.
Charax 103.
Cicero M. Tullius illustr. 57. 78.
80. 95.
Clarius not. 87.
Claudianus not. 78. explic. 81.
Cleophon vindic. 45.
Cluverius Philippus laudat. 35.
93. not. 101. 102. 114.
Corfinius Eduardus laudat. 47.
confutat. 48. 49. 50. 51. 52.
53. 54.
Cortonenses Academici laudant.
64. 116.

Crenius

Crenius Thomas not. 64.
 Critici Sacri notant. 21. & sequent.
 Cujacius Jacobus 61.

D

Dacerius Andreas confut. 72.73.
 74. 75.
 Damascenus Nicolaus laudat. 86.
 Dathus Carolus notat. 99.
 Demosthenes illustr. 10.
 Diodorus Siculus illustr. 113.114.
 115.
 Dionysius Alexandrinus laudat.
 113.
 Dioscorides laud. 31.
 Drusius Joannes notat. 87. 88.
 Dujatius Joannes not. 125. 126.
 128. 141.
 Dio Cassius 134.

E

Ennius illustr. 55.
 Eratosthenes 15.
 Ericius Sebastianus notat. 92. 122.
 Eumæris 12.
 Eusebius illustrat. , & emendat.
 88.
 Eustathius laud. 113.
 Eutropius not. 93.
 Exodus illustr. 142.

F

Fabrettus Raphael notat. 78.
 Fabricius Joannes notat. 79.
 Facciolatus Jacobus laud. 60.77.
 78. 79. notat. 80. 120. 140.
 Falconius Carminius not. 134.
 Farnabius Thomas notat. 77.
 Festus Pescennius illustr. 63.
 Festus Rufus Sextus notat. 60.

62. 109. 138. illustr. 141.
 Firmianus Lactantius 63.
 Florus emend. , & illustrat. 20.

G

Galianus Berardus laudat. 49.
 Gellius 62.
 Genesis illustr. 16. 54. 56. 142.
 Gorius Antonius Franciscus laud.
 67.
 Gotofredus Jacobus notat. 62.
 Grævius Georgius laud. 20.
 Gravina Vincentius laudat. 67.
 confut. 61. 62. 63.
 Gronovius Jacobus laud. 45.
 Gronovius Joannes Fridericus no-
 tat. 78. 142.
 Grotius Hugo laud. 87. not. 88.

H

Halicarnasseus Dionysius illustr.
 94. 103. 127. 128.
 Havercampus Sigebertus laud. 90.
 122. 123.
 Heinsius Nicolaus laud. 79. no-
 tat. 81.
 Heinsius Daniel laud. 28. 30. 59.
 Herculaneses Academici laudan.
 31.
 Herodotus illustr. 111. 112. ter.
 86. 25.
 Hesiodus illustr. 48. 49.
 Hesychius defend. 20.
 Hieronymus not. 22. 64. 86. 87.
 Hipponax illustr. 44.
 Holstenius Lucas 102. laud. 115.
 Homerus 2. 3. 65. emendat. 9.
 illustrat. 48. 49. 110. 111. qua-
 ter. 143. ter.
 Horatius illustr. 27. 34. 77. 126.
 Hyginus 36.

V

Javolenus

I.

Javolenus Ictus laud. 95.
 Jeremias illustr. 85. 86. ter.
 Inscriptio in veteri columna il-
 lustr. 47. 47. 49. 50. 51. 52.
 53. 54.
 Josephus Hebræus 86. notat.
 Isaias illustr. 19. 20. 21. 22. 23.
 86. ter.
 Isidorus laud. 109.
 Jungermannus Gothophredus 63.
 Junius Franciscus laud. 52. not.
 32.
 Justinianus illustr. 61.
 Juvenalis illustr. 58. 62.

K

Kuhnus Joachimus laudat. 64.
 Kusterus Ludolphus confut. 14.
 15. 16. 17.

L

Lacerda laud. 71. not. 97. 100.
 Leviticus illustr. 16. 19. 20. 21.
 22. 23. 24. 25. 26. 142.
 Livius illustr. 62. 76. 77.
 81. 82. 91. 94. 102. 107. 125.
 140. 141. 142. 143.
 Longus Sophista laud. 63.
 Lucatellius Petrus laud. 116. con-
 fut. 117. 118. 119. 120. 121.
 122. 123. 124.
 Lucianus not. 138.
 Lucilius illustr. 58.
 Lucretius illustr. 43.
 Lycophron illustr. 23. 108. 121,

M

Macer notat. 9.
 Macrobius 4. 137. not. 31. 32.

illustr. 41. not. 76. 80.
 MSS. Mediceum 78.
 Sprotianum 79.
 Hamburgicum ibidem.
 Moretanum ibid.
 Burmannianum ibid.
 Zulichemium ibid.
 Manutius Paulus not. 147.
 Martialis 34. illustr. 77.
 Martinus Mathias not. 55.
 Marlianus Bartholomeus not. 127.
 Martorellius Jacobus laud. 1. 2.
 3. 32. 46. 79. 65. 66. 67.
 Masurius Sabinus 137.
 Matthæi Josephus 39.
 Mazochius Symmachus Alexius
 notat. 33. 34. 35. 36. 37. 38.
 39. 57. 60. 78. 118. 119. 142.
 Mela Pomponius 64.
 Meursius Joannes not. 108.
 Michæas illustr. 86.
 Morellius Andreas 90.
 Montfauconius Bernardus 53. 121.
 Moses v. Genes. & Levit.
 Munsterus Sebastianus not. 87. &
 sequ.

N

Nævius illustr. 43.
 Nanius Bernardus laud. 47.
 Nardinus Famianus 127.
 Nazianzenus Gregorius explic. 61.
 Numeri illustr. 142.

O

Oppianus laud. 32.
 Orpheus illustr. 51. 110.
 D' Orvillius Philippus laud. 65.
 Oseas illustr. 86.
 Ovidius illustrat. 42. 43. ter. e-
 mend. 82. not. 92. 40. 26. 128.
 137. 148.

Palme.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



- emend. 89. 102. 103. 112. 113.
114. 115.
Stephanus Henricus laud. 113.
Strabo laud. 25. 28. emend. 95.
96. illustr. 97. ter. 103. 104.
117. pluries. 118. 119.
Svetonius illustr. 62. 139.
Svevius expl. 80.
Symmachus 126.
Syncellus illustr. 114. 115.
Syrus paraphrastes not. 19.
- T**
- Tacitus not. 75. illustr. 81. 127.
Theocritus illustr. 9. 78.
Theophrastus illustr. 109.
Tzetzes Joannes laud. 12. not.
108.
Turnebus Adrianus not. 125. 126.
- V**
- Vaillantius Joannes not. 122. 123.
Valesius Adrianus laud. 63.
Vargas Michael laud. 56.
Varro not. 107. laud. 77. 82. 123.
124.
- Victor Aurelius not. 138.
Virgilius explic. 29. illustr. 34.
35. & sequent. 41. 55. 76. 77.
78. 79. 80. 81. 84. defend. 91.
92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.
100. & sequ. illustr. 106. qua-
ter. 105. bis. 101. sexies. 124.
127. 128. 139.
Vopiscus Flavius illustr. 112.
Vossius Joannes Gerardus laudat.
11. not. 27. 30. 32. 55. laud.
77. 109.
Vossius Isaacus laud. 22. 23. 64.
Wesselingius Petrus laud. 63. 114.
not. ibidem, & 115.
Vulgata illustr. 16. 19. vind. 22-
illustr. 85. 86. 87. 88. 89. plu-
ries.
- X**
- Xiphilinus 82.
- Z**
- Zacharias Proph. illustr. 86.
Zacharias Franciscus laud. 64.
Zannettius Hieronymus not. 47.

I N D E X

RERUM, ET VERBORUM.

A

A Bliken quid apud Belgas pag. 109.

Ægle in veteri monumento 40.41.

Ætatis in victimis veteres potissimum habuisse rationem ostenditur 142. 143.

Αγαλμα αμεμφες in veteri epigraphe 47.

Alba an oppidum Albanum 93. 94. ejus descriptio ibid.

Alba & Albula dictus Tiberis 112. 113. 114. 115.

Albam quis condidit 97. an prima urbs condita ab Ænea 97. 98. 99. 100. 191. Albam duplicem fuisse ostenditur 93. usque ad 124.

Alberg quid apud Belgas 109.

Albi nomen variis datum locis 109. 110. 111. 112. 113.

Albinik dicti Scoti 110.

Albion Britannia 110.

Albis fluvius Germaniæ dictus Albas, & Alba 112.

Album pomontorium 112.

Alburnus ibid.

Αλφα sæpe additum nominibus propriis 115.

Alpes unde dictæ 109.

Αλπιον vicus 109.

Alpus quid sit 109.

Αμειλικτος Saturnus 32.

Ανολητης Saturnus 32.

Antium quo in loco 95.

Απο θαλαττης contrarium τω υπερ θαλαττης 118.

Ara maxima: de ea agitur 125.

usque ad 153. quo in loco, cui dicata, & a quo 128. diversa ab Ara Jovis Inventoris 125. usque ad 132. eadem Salmasio visa, sed confutatur 133. usque ad 153. Ara maxima essetne illa Herculi dicata, an illa Jovi 128. 133. 138. 144. 145. Aram an ipse sibi Hercule erexerit 125. 136.

Ardea an Troja dicta 102. 103.

Αργινοεντα λυκασον 110.

Αργινοεντα καμειρον 111.

Aricia ubi 95.

Armon quid sit in Amose 87. 88. 89.

Ascanius Albam condidit 97.

Aspiratio H eodem modo ac Latine, Græce scripta in veteri epigraphe 47.

Αρμα est idem ac Palatium 83. quid differat a **Αρμα** 89. quid sit in Amose 87. 88. 89. quomodo hanc vocem verterint Septuaginta 85. 86.

B

Bacchi cultus haud vetustus apud Græcos 48. 49. & seq. hymnus in Bacchum falso Homero tributum ibid.

Baccho Tityri & Sileni comites adjungebantur 46.

Bacchus in veteri marmore 41.

Bacchus senex, Hebon, Bassareus, Bryseus 41. Milichius 44. Ficulneus ibid.

Bapis quid sit 85. 86.

Bafan

Bafan quid 89.
 Bauli unde dicti 126.
 Blik Alpes 109.
 Britannnia dicta Albion 100.
 Butyrus secundam producit 9.
 Βυβ quid sit 126.

C

Κακοποιος Saturnus cur. 31.
 Cacus; de ejus fabula quam diversa tradiderint veteres 134. 135. 136.
 Camisene Latium 33.
 Camises Saturnus Mazochio visus 32. sed falso 36.
 Camus Deus 37.
 Carmenta an proprium Nicostratæ nomen 136. 137.
 Celebris & celeris quam sæpe confundantur in veteribus libris 79.
 Κελαινη, sus dicta Lycophroni, quæ aliis alba 108.
 Chlæna & læna quid 14.
 Chonia unde 32. & seq.
 Cognomen quid apud Virgil. 106. 107.
 Columna in insula Melo inventa cum epigraphe illustr. 47. usque ad 54.
 Κρησϙ quid in Aristoph. 16. 17.
 Criminisa unde 33. & seq.
 Κοτυλα Cajetani Silenus 53.
 CS pro X sæpe veteribus usurpatum, & quot inde errores nati in veterum libris 141. 142.
 Cunina Dea 82.
 Κυριος τιτυρος quid 27.

D

Δεχομαι tertio casui junctum in veteri monumento 50.

Δεινοτατος Saturnus 32.
 Delphines pandi & Simi 43.
 Διetynnus, & Cadistus an albi montes 109. 111.

E

Ebrietas in veteri monumento 40. 46.
 Εκφαντος Sculptoris nomen in veteri epigraphe 47. 48.
 Εκφαντοι, pro εκφαντου 51.
 Εκφαντος Jupiter 51.
 Εκφανειν, και επιφανειν quid 51.
 Etaros vox obscurissima apud Livium quid sit 142.

F

Farnesianus Hercules 52.
 Ficum ποτυλιαν an recte dixerit Cleophon 45.
 Ficus ad antrum Sileni 44. Soror vitis dicta Hipponacti ibid. Bacchi inventum ibid. expressa in Κοτυλω Cajetano 45.
 Ficus Navia & Ruminalis, vide Ruminalis.
 Flora Dea 10.
 Fornicari quid in Sacris libris 24.
 Fortuna Calva eadem ac Tutiliana 11.
 Fusia lex 61.

H

Heraclea quo in loco, & an longe a mari 118. 119.
 Herculis Victoris, & Triumphalis ædes quo in loco 137. 138.
 Herculis Ara maxima, vide Ara maxima.
 Hippa nutrix Bacchi 53.
 Hircorum cultus apud Ægyptios

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Perpetuus bos quid sit 139. 140.
 Picus Martius in numismate 91.
 Pilosus quid in sacris libris 19.
 Pomptina palus an eadem ac Sa-
 tyria 36.
 Populus arbor Herculi dicata 44.
 Πορνια vox cui tribuenda 45.

Q

Quinquennalis bos cur Jovi im-
 molabatur 139. 145.

R

Remma mons 88.
 Repandirostrum pecus 43.
 רמך quid sit, & cui urbi nomen
 dederit 89.
 Roma unde dicta 84.
 Romulus & Remus in veteri nu-
 mismate 92.
 Ruminalis ficus: de ea agitur 68.
 & usque ad 92. quo in loco fue-
 rit 62. an eadem ac Navia 71.
 72. 73. 74. 75. fuit in Palatio
 76. dicta ex Rumone Tiberi
 76. ejus σχημα 90.
 Rumis quid 82.
 Rumon Tiberis dictus 76. usque
 ad 89.
 Rumor non est strepitus 77. 78.
 Rumose secundo quid apud Ma-
 ronem 76. usque ad 81.

S

Sacena quid fuerit 141.
 Sacrificulus quid sit 138. 139.
 Sarra Tyrus dicta cur 55. inde
 Sarranæ Tibiæ ibid.
 Satur unde, & quid proprie 56.
 Satura lanx, offa, placenta 59.
 Satura lex quid 60. 61. Lex Sa-

tura, & per Saturam quid
 ibid. per saturam liber 63.
 Saturæ messes, & Saturum rus
 quod 52.
 Saturi Tarenti quid in Marone
 33. 56.
 Saturitas est lanarum abundan-
 tia 52.
 Saturnus undè dictus 32. Mazo-
 chianum systema de Saturno
 confutatur 33. usque ad 39.
 Satyram an Græci habuerint 57.
 unde dicta, & an eadem Sa-
 tura scribi possit ibid. & seq.
 Satyria palus ubi, & an eadem
 ac Pomptina 36.
 Satyrion ejusdem originis ac Sa-
 turnus Mazochio visum 33. sed
 confut. 34. & seq.
 Satyrorum mentio an ulla in Sa-
 cris litteris 19., & seq. Satyri
 nulli Homeri ævo 48. Satyri
 pandi, & simi 43. Satyrus an
 etiam avis 19. Satyri nomen
 unde 30. Satyrus Herculano in-
 ventus 31. Satyrus D. Antonio
 visus 64.
 Scæna quid fuerit 141.
 שׂוּן quid sit in Genesi 16. quid
 in Levitico ibid., & p. 19. us-
 que ad 26. quid in Isaia ibid.
 quomodo verterint Septuagin-
 ta 19. est hircus 16. etiam avis
 19. est tunica 54.
 Sculptorum nomina inscribi so-
 lita veteribus monumentis 49.
 sæpe in ων exeuntia ibid.
 Scutum Herculis falso Hesiodo
 tributum 49.
 Segetia quid 10.
 Seir mons 56.
 Sescena quid fuerit 141.
 Sescennaris quid sit apud Livium
 140. 141. 142. 143.

Sileni asellus cur pandus, & turpis dictus 41. 42. 43.
 Silenus semper Baccho junctus 46. & seq. Silenobacchi caput Neapoli repertum 46.
 Σιληνος εν νεεισι quid 53.
 Simus, & pandus idem 43.
 Sirenes quid in sacris literis 22. quid in Lycophrone 23.
 Σισυρος, σισυς, σισυρα και σισυρανα, quid 11. 12. 13. & seq.
 שבת quid sit, & an inde Saturni. nomen 32. & Satyri 31.
 סתרנן Dominus lamentationis dictus Saturnus 32.
 Striatæ columnæ an vetustæ 49.
 Sulpicia gens unde dicta 123.
 Supra mare an sit longe a mari 117. 118. 119.
 Sus alba ab Aenea inventa Lycophroni dicta κελαινη nigra 108.
 Sus in veteri numismate 90. item 123. fæderis signum ibid. an gentis Sulpitix fuerit insigne 123. 124. -
 Συρα quid 54.

T

תנח quid sit, & quid inde deducatur 85.
 Tiberis unde dictus 85. per Lupercal; fluebat 76. vide Rumon, & Alba.
 Tyrus unde 55.
 Tityrus an απο του τειν τυρον 8. α σισυρος 11. avis Tityrus 19. verum etymon ex Hebreo 16. & sequent. variæ hujus vocis

notiones 27. τισυρος κυριος quid ibid. an etiam otiosum notet 29. Tityri in veteri monumento 39. & seq. Tityri pandi, & simi 43. Bacchi semper comites 46. & seq. Tityrus mons 56.
 Τρικευσι quid in Aquila 19.
 Trigemina porta ubi 127.
 Τροφων sculptoris nomen in veteri epigraphe 47. 52. 52.
 Τροφος Baccho dictus in veteri epigraphe 47. 48. quomodo exprimitur in veteri monumento, & in κοτυλω Cajetano 53.
 Troja an dicta prima urbs in Italia ædificata 101. 102. 103.
 Tutilina dea 10.
 Τυρευειν quid Demostheni 10.
 Tyros prima syllaba producitur ut τυρω, & συντυρω 10.
 טי quid sit, & quomodo inde Sarræ, & Tyri nomen 55.

V

Vanus quid in sacris libris 19.
 Visceratio quid sit 139.
 Vitis ad antrum Sileni 43. Soror ficus dicta 44. ex vite Bacchi simulacrum 44.
 Volutina Dea 50.
 Urbs primum condita in Italia ab Aena quænam 97. 98. usq. ad 104. quo in loco 117. 118.

Y

Υπερ θαλαττης an sit longe a mari 117. 118. 119.

*Adm. Rev. D. Franciscus Pertusius S.Th. Professor
revideat, & in scriptis referat. Datum Neap. die 14.
Decembris 1758.*

I. SANSEVERINUS EP. PHILADEL. VIC.GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

EX tot virorum doctorum lucubrationibus, quæ in diem magno in numero excuduntur, nullum politius, elegantius, doctius, majorique admiratione dignum adhuc opus in lucem prodiit, quam hic mole quidem exiguus, rerum autem reconditarum varietate spississimus *Xaverii Matthæi Variarum Exercitationum per Saturam Liber*. Nam, ut cetera mittam, quæ alii libentius admirentur, eo acumine, critice, eruditione tot implicatissimos Sacrarum litterarum nodos in binis hisce Exercitationibus explicuit, ut nemo vel ex iis, qui in his toti studiis integros vitæ annos exegerint, meliora in medium proferre umquam possit. Hæc quidem in omnibus admiranda: sed multo magis in adolescentulo, qui tertium ætatis lustrum vix adhuc excesserit. Certe post hominum memoriâ primus eo ætatis opus tanta Latinarum, Græcarum, Hebræarum litterarum eruditione, tantoque judicio conscripsit, ut senes etiam merito assurgant: nec alius postea adolescens aliquid fortasse hujusmodi præstare poterit: ita ut de eo, quod olim de Homero, jure dici queat, nec habuisse ante se quem imitaretur, nec post se habiturum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only
\$8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies



rum Latinorum, Græcorum, atque Orientalium promit, eoque acumine, judicio, critice hæc tractat, ut vel doctissimis Senibus parvum hoc mole opusculum invidiæ esse possit. Dignum igitur censeo, quod in publicam utilitatem typis mandetur, præsertim, cum nihil in eo sit, quod jura Majestatis offendat: imo orandus Adolescens eruditissimus, ut cæteras, quasi secum habet, & pollicetur id genus, exercitationes in publicam lucem, omnibus bonis avide expectantibus, quam citissime emittat.

P. Frater Albertus Sacco Publicus Professor.

Die 11. mensis Julii 1759. Neapoli.

Viso Rescripto suæ Regalis Majestatis sub die 5. currentis mensis, & anni, ac relatione Rev. P. Francisci Alberti Sacco de commissione Rev. Regii Cappellani Majoris, ordine præfatæ Regalis Majestatis Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris; Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum.

CASTAGNOLA. GAETA. ROMANUS.

Ill. Marchio Danza Præses S. R. C. tempore subscriptionis impeditus, & Ill. Marchio Fraggianni non interf.

Reg. fol. 84.
Carulli.

Athanasius.